I

Hic continentur Sermones beati Bernhardi cum quibusdam aliis
Item libellus beati Bernhardi de xii gradibus humilitatis et superbie
Item ysidorus de summo bono
Item Rudimentum fratris Gilberti Thornacen

- Intrat ihs in quoddam
- Renovate iohi
- Nemo deo serviteur
- Accipite et comedite
- Spiritu ambulate

- Magister de scto stephano tres
- De innocentibus duo
- De gaudia fratrum viij
- Philippus et Jacobus Apostolus ...
- Ecce est regnum celorum hom regi q ...
- Reformamini in novitate sensus vestri ...
- Benedicta sit sancta trinitas etc.
- Ut filii lucis ambulate
- De aqua benedicta
- Duo sermones super dixit maria
- Signum magnum apparuit in celo
- Tota pulcra es amica mea
- Maria optimam partem elegit
- Hic est ista que ascendit per desertum
- Egredietur virga de radice yesse
- Transite ad me omnes qui concupiscitis
- Jacob genuit ioseph virum marie
- Hec vidua erat
- Spiritus domini replevit orbem terrarum
- Hii sunt viri qui sunt
- Cum venerit abbas de scolis etc.

Versus ipsa salutando beatam virginem et

Salve sancta dei parens · omni prorsus labe carens · salve virgo inclita
Que virgo radix yesse · cum mundus salvus esse · meruit per merita
Salve mundi lux et vita preciosa margarita · per quam mors abicitur
Que mulier glorie per quam caput veracissime · serpentis conteritur

N. Inv. 1240.

Nota Alexander super lucam martirium beate virginis prefertur aliis ex quatuor causis primo quia martires quecumque passiones sustinuerunt in corpore ipsa vero in corde secundo quia alii dulcissime mortem mixtio ipsa corde quo pertulit tertio quia ipsa cum christo fuit et in christo quarto quia alii pro fide ipsa vero ... caritate maior ... virgo namque plus dilexit filium ... ... quia amat ... vigilate ... filio patienti et morienti ipsa multo graviorem passa fuisset ... martiri ... de eius assumpcione beata dei genitrix et mater et virgo fuit ... pertransibit gladius quod ... beda et bernardus ... de gladio paolus ... quia dicit ... passa fuit cum christo ... constat ... alii sancti ... passi sunt ... in carne ... in anima ... immortalis pati non potuit beata vero maria dei genitrix quia passa est in ea parte que impassibilis ... ut ita fateatur quia supra ... et atrocius passa est gladio passionis ... plus fuit quam mater ... constat ... quia plus omnibus dilexit ... plus omnibus doluit ... ut animam ipsius totam pertransiret et possideret ... dolor ... ad testimonium ... quia mente passa est plus quam martir fuit ... et ... dilecto amplius fortis ... mors quia morte ... fecit ...
Sic christus fuit ... celestis ita virgo maria ... fuit spirituale ... nobis fuit magis ... solum ... reparacionem ... totum ... ac totius boni plenitudine in ea posuit et per eam nos ... voluit accipimus ... de plenitudine eius ... et que passi sunt ... nec est qui se abscondat a calore eius ... stella sublata ... aliquo involutus umbra mortis ac tenebre densissime ... et ipsa sola nobis omnibus gratiam invenit ... sola ... regina celorum ... angelorum demonum et hominum ... mater ... advocata et mediatrix ... omnium ... a prophetis ... et ... ab apostolis ... a regibus et prophetis ac omnibus in quibus erat spiritus sanctus ... desiderata ... ab omni maledictione quia ipsa sola maledictionem sustulit ... porta ... et ianua paradisi aperuit ... reparacio ... ita ut ... factum est ... mater ... refecta est ... quo ... ab illa ... quod dicit bernardus anselmus ... thomas et aliorum ... de ... omnium ... apud deum ... plena ... sola omnibus ... O admiranda et omni honore dignissima virgo ... virgo ... virgo ... etc. ... in sermone de festo penthecostes ... Admiranda ... sic ad ... sic ad ... dei sic ad ... sic ad ... respiciunt et qui in celo ... et qui in inferno et qui nos ... et qui ... ut ... fideles ... ut ... beatam te dicent omnes generaciones ... domina mundi regina celi ... in te respiciunt ... oculi tocius creature quia per te et in te et de te ... quicquid creaverat ... quod est ... domina regina ... refugium peccatorum omnium ... reparacio ... quecumque ... bonum ... ab ... que ... salutis ... manent ... sola meruit ... et sponsa ... vocari ... ... bonum ... addunt

Sermones Beati Bernardi. Eiusdem libellus de 12 gradibus Humilitatis; Item Isidorus de Summo bono; Item rudimentum Fratris Gilberti Thornacensis

 II

in dei
Vno peccante sup(er) omnes p(ro)p(ter)ea [illegible] q(uo)d accidit testante [illegible] [illegible] illud [illegible] [illegible] [illegible] erga delinquentes [illegible]
videri voluit et venit p(ec)cator(um) singularis ne forte de eis mala loquat(ur) [illegible] [illegible] [illegible] voluit [illegible] [illegible] est peccatoru(m)
[illegible] [illegible] atque ut [illegible] [illegible] [illegible] Et [illegible] [illegible] malu(m) de [illegible] Nec zelo dei [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] tradere [illegible] [illegible]
sathane in interitu carnis ut sp(iritu)s eius saluus fiat Nec id [illegible] imple(re) studet ut si viderint peccatores [illegible] secrete [illegible] / past(or) et adhibitis
duobus aut tribus testibus [illegible] si [illegible] et per eccl(es)i(a)e correctione(m) no(n) fuit [illegible] de [illegible] [illegible] velut gentiles habeant et publicani Et [illegible]
[illegible] aut [illegible] [illegible] [illegible] pater et [illegible] [illegible] in [illegible] adduce(re) possint [illegible]
pareant [illegible] [illegible] [illegible] molunt [illegible] [illegible] Vnde ista [illegible] [illegible] ista [illegible] [illegible] [illegible] et [illegible] [illegible] possint [illegible]
ex vno petore [illegible] [illegible] [illegible] vna oue morbida [illegible] grex inficiat(ur) / sic et vno fornicante vel aliud [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] possint [illegible]

C

Bernardus in sermone de vigilia sanctorum Petri et Pauli apostolorum

Tria sunt que in festivitatibus sanctorum vigilanter considerare debemus auxilium sancti, exemplum eius, confusionem nostram. Auxilium eius quia qui potens est in terra, potentior est in celo ante faciem domini dei sui. Si enim dum adhuc viveret, misertus est peccatoribus et oravit pro eis. Nunc quanto amplius tanto verius agnoscit miserias nostras, orat pro nobis patrem, quia beata illa patria caritatem eius non mutavit sed augmentavit. Neque enim quia impassibilis factus est et incompassibilis, immo potius induit viscera misericordie dum ante fontem misericordie assistit. Debemus attendere et exemplum eius quia quidem visus est in terris et cum hominibus conversatus est, nec declinavit ad dexteram nec ad sinistram sed viam regiam tenuit. Intuemini simplicitatem operum eius, auctoritatem verborum eius, et tunc videbitis quo tam verbo quam exemplo vixit inter homines, qualia nobis vestigia dereliquit ut ambulemus per ea et in eis. Sed et diligentiori intuitu confusionem nostram aspiciamus, quia homo ille similis nobis fuit passibilis, ex eodem luto formatus ex quo et nos. Quid ergo est quod non solum difficile sed et impossibile credimus ut faciamus opera que fecit et sequamur vestigia eius. Confundamur et convertamur ad vocem istam, si forte gravem generet nobis timor iste. Homines isti fuerunt qui precesserunt nos, quia tam mirabiliter processerunt per vias vite ut vix eos homines fuisse credamus. Sic ergo in festivitatibus sanctorum et gaudere et confundi debemus: gaudere quia patronos premisimus, confundi quia eos imitari non possumus. Itaque semper gaudium nostrum in hac valle lacrimarum pene condiri debet, ut sit non solum crema sed et prima gaudii luctus occupet, quia et si magna est gaudiorum materia, sed maior est dolorum.

Sermo de sancto Clemente

Pretiosa in conspectu domini mors sanctorum eius. Audiat peccator et insultet dentibus suis, fremat et tabescat quoniam deprehensus est in astutia sua, cecidit in foveam quam fecit, incidit in laqueum quem tetendit. Invidia siquidem diaboli mors intravit in orbem terrarum, sed ecce pretiosa facta est mors sanctorum. Audi ergo hostis vite, mortis auctor, attende quid valeat iam furor tuus, versutia tua quid noceat, immo ut plus doleas, etiam omnia cooperantur in bonum hiis qui secundum propositum vocati sunt sancti. Neque enim aliud quam ipsa que tui operis est de te hodie beatus martir cum plena celebritate morte corporis triumphat. Fecit siquidem de iniquitate virtutem, pena peccati in initium glorie convertitur. Fidelem se probavit in modico ut dignus inveniretur super multa constitui. Modicum namque erat et omnino modicum quicquid prius acceperat anima illa beata, quando ad illam gloriam quam presenti promeruit passione. Omnis delectatio vite huius, universa eius gloria, quicquid denique in eo concupiscitur, prorsus modicum est in illius [?] in illius glorie, in illius beatitudinis comparatione, si tamen vel modicum dici debet et non potius nichilum, vapor ad modicum parens. Acceperat beatus Clemens nobile genus, amplas possessiones, hereditatem multarum [?] quam plurimarum, ita ut optimus quidem illius temporis possessor [?]. Acceperat hec universa a domino; data enim dona sunt etiam ista. Fidelem ergo se probavit ei qui dederat cum pro eius amore universa contempsit, omnia detrimentum faciens et arbitratus ut stercora ut lucrifaceret Christum. Sed forte murmurat etiam nunc inimicus: pellem inquiens pro pelle et omnia que habet homo dabit pro anima sua. Quid ergo putabis quod in ipsa corporis sui vita quam acceperat duo infidelis inveniatur ut vel ipsam preferat illi? Ecce habes potestatem in eum per satellites tuos ut conterant eum [?] aut a deo [?] aut a corpore separari. Varia et innumera conquire tormentorum genera, sed nomine [?] tuo fabricant coronas. Sicut enim ipsa vite huius ornamenta et adiumenta contempsit, sic contempnit et ipsam. Omne corporis tibi [?] [illegible] deum suum etiam inter tormenta libere predicat in morte et in fame, maledicat tibi atque ydola sacro ore blasphemat. [?] fideliter dicat quod nec blandimenta vite huius nec mortis horror ingenue confitetur. Clamabit ergo qui legitime certavit [?] a caritate Christi potuit separare. Dic queso nobis anima sancta que sic corporis tui supplicia postponebas, obsecro, diligebas illud an non? Utique diligebas. Nemo enim odio habuit carnem suam. Diligebas ergo carnem, sed [?] diligebas tamquam ancillam, et multo magis dominum deum. Utique probatio dilectionis est exhibitio operis. Libenter ipsam quoque pro eius gloria morte amplectebar. Quid nos ad hec dicimus fratres? Singularem martirii [?] gloria eius non est sine confusione nostra. Erat enim beatus Clemens homo sicut et nos passibilis, eadem circumdatus infirmitate et carnis sue eisdem vinculis naturalis affectionis innexus. Sic ergo ille sic Christum in corpore suo et calicem salutaris accepit. Quid nos retribuimus domino pro omnibus que retribuit nobis? Cuius certe nos insignit ymagine, cuius sanguine nos redemit et vocavit in candidam hereditatem incorruptibilem, incontaminatam, etiam conservatam in celis. Utquid ergo non possumus et nos cum beato Clemente bibere calicem eius? Sed forte videtur aliquis posse si opportunitas non deesset, sed persecutionis tempus cessavit. At ego fateor non satis credidi istis dicentibus. Quid enim quotidie [?] pugnatoris [?] et [?] arbitramini posse vos resistere. In minimis probate conflictibus si viriliter in maiori certamine stare possitis. Ecce enim non vobis dicitur: Sacrificate ydolis et vivite, aut si hoc nolueritis, vos diversis suppliciis interire. Novit dominus figmentum nostrum, nec dabit nobis tam forte certamen. Beato Clementi forte certamen dedit ut vinceret et cognosceret quia omnipotentior est sapientia. Nunc autem certamen quale est fratres mei? Quotiens nobis suggeritur in cordibus nostris: Infringe ordinem tuum, murmura, detrahe, age remissius, infirmitatem simula, vide ei qui forte durius locutus est ut satisfacias desiderio tuo. [?] ut inclinet ad difficultatem et laborem resistens animo tuo. Et quis sustinet tanta? Hec enim intus audivi, [?] cohortantibus nos aut foris homini aut intus spiritui sancto. Si ergo in eiusmodi certamine periclitamur, si vix resistimus, si interdum etiam succumbimus, quid in tam grandi certamine faceremus? Si in [?] singulis cedit infirmitas nostra, quomodo talis possit resistere? Videtis quo ad nichilum redacti sumus, et sicut solent mulieres aut pueri pugnatores laudamus, alios pugnare ipsi non possumus. Quid tamen agimus? [?] ad nuptias vocati sumus et in conspectu eius vacuos apparere non licet. Diligenter ergo considera que apponuntur nobis, quoniam talia oportet nos preparare. Considerat beatus Clemens vinum sibi esse appositum a domino, et ipse quoque qui dives fuit ad nuptias effusionem portavit. Sed nos pauperes sumus et vinum non habemus. At ille: Implete ydrias aqua. Ergo ne et ipse suscipiet aquam si attulerimus eam? Utique suscipiet. Nam et ipsam cum vino appositam invenient qui secundum monita sapientis diligenter considerant que sibi apponuntur ab eo qui venit non in aqua solum sed in aqua et sanguine. Testimonium enim perhibet qui vidit quod [?] latere domini dormientis in cruce [?] sanguis et aqua. Et nos ergo fratres ut vel fideles in modico nos probemus domino nostro, si martirii sanguinem non habemus, martirii enim testimonium est, quamvis vel testimonium aque, et ne ipsum quidem despiciet deus. Tres enim sunt qui testimonium dant in terra: spiritus, aqua et sanguis. [?] quibus tamen [?] petit testimonium qui singula [?] difficile recipit. Nos si sanguinis testimonium non habemus, habemus spiritum in aqua, quoniam sine spiritu nec sanguis nec aqua sufficit. Immo vero si ipse sine aqua aut sanguine invenietur, sufficit testimonium eius, quoniam ipse spiritus vitalis est; nec aqua nec sanguis quicquam potuit a seipsis, sed spiritus est qui testimonium dat in celis. Sane quoniam ipse spiritus [?] tamen aut vix aut numquam sine aqua et sanguine spiritum arbitror inveniri. Propterea dilectissimi quamvis vel aquam quam sanguinem [?] quamvis mensuras binas vel ternas quas ydrie capiebant [?] non habemus. Et qui ydriarum super fecimus mentionem [?] et [?] omnia que sunt in nobis sicut ipse qui ternas metretas habere potuit et Christus [?] nobis apponit aquam.

propter hoc enim sub distinctione dixi bibas vel lavas ut duas audias necessarias esse. Tertia non ab omnibus exigenda. Accipe ergo triplicem aquam quam tibi salvator apposuit. Ploravit super Lazarum et super civitatem Ierusalem et hec est aqua prima. Sudavit in monte iam passionis hora et hec est aqua secunda non ab oculis tantum sed a toto corpore manans. Hec autem rubea est sanguinei quasi coloris sicut scriptum est: Et factus est sudor eius tamquam gutte sanguinis decurrentis in terram. Iam vero tertia aqua est quam et proximo de latere eius una cum sanguine emanasse. Et tu ergo primam quidem habes si rigas conscientiam tuam stratum et dolore compunctionis preteritorum diluis maculas peccatorum. Secundam habes aquam si in sudore vultus tui vesceris pane tuo et labore penitentie corpus tuum fatigas ac restinguis concupiscentie flammam. Est autem sanguinei coloris, seu propter laborem seu etiam propter ipsum concupiscentie ignem. Iam vero si proficere potes usque ad devotionis gratiam potabis aquam sapientie salutaris et spiritus Christi qui super mel dulcis fiet in te fons aque salientis in vitam eternam. Et merito hanc esse aquam que prodiit de latere dormientis et sine omni molestia fluxit. Quia enim iam mortuum esse in eo qui in hac voluit gratia delectari. Ergo ut breviter repetam prima quidem aqua delicta ~~repet~~ abluit conscientiam. Secunda ut futura caveamus compungit concupiscentiam. Tertia si ad eam venire merueris potat animas sitientes.

Sermo de beato Andrea

Celebrantes hodie gloriosissimi beati Andree triumphum in verbis gratie que procedebant de ore eius exultamus et delectati sumus. Neque enim locus poterat esse tristicie ubi tam vehementer letabatur et ipse. Nemo quippe nobis compassus est sic patienti. Nemo ausus est plangere exultantem. Alioquin et nobis ipse non incongrue dicere poterat quod salvator crucem baiulans sequentibus se et lugentibus ait: Filie Ierusalem nolite flere super me sed super vos ipsas flete. Denique cum duceretur beatus Andreas ad crucem, populus qui strictum et iniustum dolebat iniuste dampnari prohibere voluit ne puniretur; sed ipse magis instantissime precibus prohibuit eos ne non coronaretur immo ne non pateretur. Desiderabat siquidem dissolvi et esse cum Christo sed in cruce quam semper amaverat; desiderabat in regnum introire sed per patibulum. Quid enim dixit ille amator sue? Per te me inquit recipiat qui per te me redemit. Ergo si diligimus eum congaudeamus ei non solum quia coronatus sed et quia crucifixus quod desiderium anime eius tribuit ei dominus et posuit in capite eius coronam de lapide precioso. Vincenti quidem congratulamur ei quod cum desiderata cruce fruitur et amplexu. Magnum valde est non ipsum eius imitari gaudium cui congratulamur. Quid enim hesternis vigilias celebrantes illa ante vobis exultationis cantando delectatione putatis fuit in nobis quasi secum cogitaret et diceret: Quid est quod voluit hec? Unde unde tanta leticia? Certe et tempus pressure est et amara pene crux. Et hec exultationis. Ita est quia facies mei si fuit qui colligat super lignum crucis vitaque generat fructificat iocunditate. Oleum letitie stillat, balsamum sudat carismatum spiritualium. Non est silvestris arbor, lignum vite est comprehendentibus eam. Arbor fructifera est. Alioquin quomodo duceretur occuparet terram? Illa dico preciosissima gleba cum clamore est insipida radicibus si non esset hec preciosior cunctis fructuosior universis. Numquam in illo plantaret orto vel illa permittere vinea occupare. Denique quid mirum si crucis suavitatem dedit qui dedit et igni? Aliud quomodo tempore videatur insipida ubi dulce sapit et flamma? Quid enim sapiebat Laurentio ignis ille cum videret carnificem iudicem subsannaret? Quid nos ad ista dicemus fratres? Cur non sapit quod ex Christo est tribulatio? Cur non gustamus et nos mannam illud absconditum? Sic enim dicta esset omnino dulcis nec licet penitus quod aufferet. Sufficiat nobis hec unum adversus duplicem maliciam inimici. Hic quippe nequissimus ille laqueos hic et iacula reponit callidissimus venator hominum solum sitiens sanguinem animarum. Alios telis appetit maliciose carnalis suggestionis et in eis voluntatem multos quorum tenuis est pacia. Alios voluptatibus irretire laborat et in hiis concludit multitudinem copiosam eorum qui in terra repunt aut volitant in medio eorum. Sit ergo gaudium in dolore et iram non habet malignus unde illaqueat, non habet unde deiciat. Liberati sumus de laqueo et a verbo aspero pertransit. Nichil enim proficit inimicus in eo qui ante ipso delectat si carnale suggessit delectationem et filius iniquitatis non apponet nocere ei si ad comparandum animam eius qualem vincitur torpescunt amaritudine non curat delicias qui ieiunio pascitur. Inflammatione nimirum per eo in quo et delectatur. Plane altissimum posuit refugium suum quo neque muscipula inimici timenda sit nec sagitta. Immo vero in modum piscis est squamas portat et pennulas habens. Porro sicut piscis frustra iacitur telum in squamas loricatorum huiusmodi siquidem mundos pisces esse legalis sermo indicat qui et pennis levantur et protegunt squamis sive illi in mari sint sive in flumine sive in stagno. Hoc enim etiam hoc mare magnum et spaciosum manibus pisces mundos et divina dignos mensa quosque habet qui in seculi latitudine saltu actu quasi versantur. Relinquit sed multa milia quos apostolica sagena trahit et ad educta fuit segregant a malis. Ubi sane sedebit et hic noster piscator hominum qui totum post se Achaiam trahit. Hic et flumine pisces mundos sed quosque inter dispensatores fideles invenimus. Fluvius quippe est predicatorum ordo non permanens in eodem loco sed extendens se et transiens ut diversas irriget terras. Sunt et in stagnis mundi pisces qui et in claustris sunt deo in spiritu et veritate siquidem stagnis monasteria comparantur. Ubi quodammodo pisces incarcerati vagari non habent libertatem ut parati sint semper ad epulas spirituales dicentes singuli intra semetipsos: Quis veniet qui me deferat? Cunctis diebus vite mee quibus nunc milito expecto donec veniat immutatio mea. Porro ut de lege superius meminimus sive in mari sive in flumine sive in stagno illi mundi sunt pisces qui squamas et pennulas habent. Sunt autem squame multe sed una ex omnibus quodammodo lorica contexitur quia una est pacis virtus licet singulis tribulacionibus contrarie singulas ordinarum. Iam vero sicut squamas ad patientiam sic pennulas ad hilaritatem arbitror non incongrue posse referri. Hilaritas quippe levat et saltu quodam in altum dat vibrari quemquam exhilarat. Sane ut duas habeamus pennas supra nos hilaritas quaerenda est.

Et forte propterea docet apostolus. Ille enim vere penas habebat quibus et in tercium usque ad celum raptus est et volavit etiam in paradisum
non solum gloriam in spe sed et gloriam in tribulacione. Prorsus sublime volat quisquis ille est qui non modo futurorum exspectacione
bonorum sed etiam presencium quorumlibet malorum perpessione ipsa delectatur. Ita ut in ea etiam glorietur. Item ecce invenimus hunc beatus apostolus
item mirum. Item [illegible] predicavi vim et explere licet consistere gradum incipiencium proficiencium perfectorum. Inicium sapiencie timor
domini, medium spes, caritas plenitudo. Denique apostolum audi quod plenitudo legis est caritas. Qui iam incipit a timore crucem christi
sustinet pacienter. Qui iam proficit in spe portat libenter. Qui iam consummatur in caritate amplectitur iam ardenter. Solus iste qui dicere
possit quod amator tuus fui et desideravi amplecti te. Longe est ab eo vox ista qui sustinet quidem sed optaret tamen si posset
non venisse in horam hanc. Denique si non videor temerarius longe est ab ea voce pater si fieri potest transeat a me calix iste. Quod enim
ecce super asellum ascendebat non hic quidem hostibus relinquetur. Agnosco plane in duce belli pusillanimorum trepidacionem. Agnosco
egroti vocem in medico. Agnosco infirmitatem gallinam cum pullis condescendo caritate. Stupeo dignacionem compaciencie humilitatem
christi [illegible] dux non beati andree robustum sed suscepit affectum quia non est sanis opus medico sed male habentibus. Sed que forte
dignacio scandalisat. Plane mecum andree sed numquid oculus tuus nequam quia ego bonus. Huius enim odor vite in morte est. Quid magis
fuit deo ihesu si accedente hora propter quam veneras intrepidus stares tamquam qui potestatem habebas ponendi animam tuam et nemo
tollebat eam a te. Sed non longe gloriosius fuit cum quidem totum propter nos agebat. Ut non solum passionem corporis sed etiam cordis af-
fectum pro nobis faceret et quos vivificabat mors tua infirmos et trepidacio robustos et mesticia letos et tedium alacres
et turbacio quietos faceret et desolacio consolatos. Lego quidem in lazari resurreccione quod infremuit spiritu et turbavit se
metipsum. Sed esto tamen quod se ipse turbavit non condicionis necessitate sed sue beneplacito voluntatis. Nunc autem aliquid amplius iam
audio. Usque adeo siquidem prevaluit ea que fortis est ut mors dileccio ut ipsum dei angelus confortavit. Quis est quem celebrandum
audi. Apparuit inquit angelus confortans eum. Quis eum? Plane eum cum nascitur clausus patuit uterus cuius nutu in vinum
aqua mutata est, cuius tactu lepra est fugata, sub cuius plantis solidum stetit mare, ad cuius vocem mortuus resurgit,
denique eum qui portat omnia verbo virtutis sue, per quem facta sunt omnia, per quem universa subsistunt, etiam angelus ipse et quod dicam
per quem [illegible] confortatus ego eum cuius ne ipse quidem confortator [illegible]
[illegible] eum. Agnus enim moriatur sed non perimus esse iudicialis. Confortas ergo eum cuius ad quem consolandum veniebas ecce consolator e[st]
potentie maiestate. Rogo te angele quem consolaris an ignoras quis esset ad quem consolandum veniebas. Denique agnosco et [illegible]
ecce paciens est. Alioquin non diceret alium paraclitum a patre mittendum apostolis si non esset et ipse paraclitus. Non despero iam domine etiam si mole
ipso paraclito maiorem paraclitum [illegible] qui [illegible] qui tribulato sunt corde. Non despero iam domine etiam si mole
[illegible] videt in tribulacione quam pacior etiam si pusillanimis sum etiam si desiderem ut transferat calix a me. Non despero inquam domine
[illegible] in carnale sine [illegible] consolacionem
non audiam et ipse. Unitum non sic ego volo sed sicut tu. Dico tu et hic ipso non ad carnale sine [illegible] terrene consolacionem
sed ad spirituale sed ad celeste. Ita plane dummodo non minuerem. Quid enim separavit penitus a te si non [illegible]
non timeo et si opus habeo consolari. Quid enim agnosco vocem meam in salvatore et de salute desperem. Plane in
pacem meam possidebo animam meam. Unitum perfice volo si possum nec statim adepta salute esse contentus. Qui enim habet deum
facit bona aut sapiens [illegible] pax est. Scriptum est enim declina a malo et fac bonum inquire pacem et persequere eam.
Noli esse salute contentus quere pacem ne tibi in periculo etiam sit salus ipsa. Audi ergo angelum nato eo qui factus est pax
nostra. Quid est autem bona ordinata voluntas. Quia vera est
vera consultante atque tamen pax in terra hominibus bone voluntatis. Quid est autem bona ordinata voluntas. Quia vera est
illa inquies perfecto que rem consentanea est. Dicitur quia non sunt condigne passiones huius temporis ad futuram gloriam que revelabitur
bitur in nobis. Et si non sentire cepisti haud dubium quam libenter ferebas tunc domine et dicebas pater [illegible] et non [illegible]
ut custodiam mandata tua. Vere tu si vis esse perfectus unum tibi adhuc est necessarium. Quid illud inquies perfecto gaudium in
spiritu sancto. Denique et qui timore cogitur et paciens est et qui vim spei ducit et benivolus est nisi [illegible] fuerit
spiritu sancto. Denique et qui timore cogitur et paciens est et benigna est et quod est amplius nunquam [illegible]
spiritu facile labi potest porro que per spiritum diffunditur caritas et paciens et benigna est et quod est amplius nunquam
spiritu facile labi potest porro que per spiritum diffunditur caritas. Si diligenter consideres etiam paciens et ad benivolus videtur
cadit. Et in primo itaque mandato quod parentibus nostris datum est, si diligenter consideres ecce paciens et ad benivolus videtur
que tu utique cecidit liquet quod stabilis non erat ille vel illa gradu. Videt enim mulier aut scriptura lignum quod esset pulchrum
visu et ad vescendum suave. Non tibi videtur ipso tolerare manus. Hic et ubi a serpente interrogata est. Vide si non [illegible]
sonat verba eius molestum fuisse mandatum. Ex omni inquit ligno paradisi comedemus. De ligno autem sciencie boni et mali dixit
nobis ne comederemus. Non est hic est enim voluntas. Quare sic. Ipse nomen nobis vel suffecit obediencie. Quia vita vera
in voluntate eius. Itaque facile seducta est mulier et promissionem credere et acquiescere persuasioni. Vir autem seductus non est
sed subiectus mulieris amore. Optaret enim se servare mandatum quod sibi utile noverat si non mulier ei aliud persuaderet. Nec
aliqua in servando mandato visus est pati difficultate. Sed que bona erat voluntas non habuit fervorem fortis quippe ut
mors non pacia aut spes sed dileccio. Non timor autem vero sed spiritus fortis est. Et paria sic est sed quia timore urgetur
et voluntas bona sic cepedit et sic agendum est quia spei attigit vere caritas que inflammat appetitur neque sic [illegible]
et neque sic concupiscit sed sic volo inquit sic cupio sic desidero vehementer. Videtis quanta sollempnitas quanta suavitas quanta
suavitas caritatis. Felix anima que ad hunc caritatis pervenit statum. Nec sane desperandum nobis cum quidem qui ad hunc
pervenit gradum. Ob id maiore memoria celebratur ut ipsius et invocemus auxilium et provocemur exemplo. Plus dico.

ut quosdam vobis nonnullos videam nescio videor in hoc gradu. Sed dicas beatum Andream apostolum esse non posse te qui pusillus es sequi
vestigia pudeat te vel eos qui tecum sunt non imitari. Nemo repente fit summus. Ascendendo non volando apprehenditur su-
mitas scale. Ascendamus ergo velut duobus quibusdam pedibus meditacione et oratione. Meditacio siquidem quod desit docet, oracio ne
desit obtinet. Illa viam ostendit, ista deducit. Meditacione denique cognoscimus imminentia nobis pericula, oratione evadimus
prestante ihesu christo domino nostro qui cum patre et spiritu sancto vivit et regnat in secula seculorum. Amen.

Sermo de via confessionis

Notas michi fecisti vias vite adimplebis me leticia cum vultu tuo delectaciones in dextera tua usque in finem. Ad te quidem
libenter accedimus domine ihesu, dixit ad aegrum infirmus ad medicum. Ad dominum suum. Tu es enim magister et dominus cuius stola
est in terris et cathedra in celo. Tu es ille omnium medicus qui solo verbo restauras universa. Vias tuas domine demon-
stra nobis et semitas tuas edoce nos. Vie enim tue vie pulchre et omnes semite tue pacifice. Beati qui ambulant in via
tua domine virtutum. Beatiores qui currunt modo more turgencium tuorum. Exultans enim ut gigas ad currendam viam. Et non solum currens
sed et saliens in montibus et transiliens colles. Exultaverunt gigantes pestis non ad currendam viam sed ad quandam glorie vanam eva-
nescentes in cogitacionibus suis non humiliati in virtutibus suis. Viam enim sapientie nescierunt neque memorunt semitas eius. Non
est audita in chanaan neque visa est in theman. Maledicti qui dixerunt deo recede a nobis scienciam viarum tuarum
nolumus. Nos comprimus te de die in diem et scire volumus vias tuas. Ubi pulchre vie tue due sunt confessio et obediencia. Cum confessio
omnia lavant, cum obediencia virtutes solidavit. Bonum autem ornamentum confessio que et peccatorem purgat et iustum reddit purgatiorem.
Si peccata sunt in confessione lavant. Si bona opera confitere cum mala tua confiteris sacrificium deo spiritus contribulatus cum dei beneficio
hymnolas deo sacrificium laudis. Absque confessione iustus iudicatur ingratus et peccator mortuus reputatur. Confessio igitur peccatoris
vita iusti gloria. Video david dicente peccavi et audiente transtulit dominus peccatum a te et non morieris. Considero mariam
si non verbis tamen operibus sua publice crimina confitentem et dominum publice indulgentem peccata. Dimissa sunt ei peccata multa quia dilexit
multum. Respicio principem apostolorum negantem timide amarissime flentem christum respicientem. Illum felicem latronem intueor se
accusantem excusantem christum et dominum promittentem hodie mecum eris in paradiso. O quam sublimis ista confessio per quam de pa-
tibulo ad regnum de terra ad celum ad paradisum de cruce latro damnatus conscensus ascendit. Gloriosa confessio que petrum apostolum a
trine negacionis crimine liberat et ab apostolatus culmine cadere non permisit. Fidelis institucio quam marie multum diligenti multum
dimisit et amoris multa titulis insignita discipulorum corporis sociat. Preclara inficacio que rege et prophete metipsum cum
tribulacione mundavit et in antique glorie dignitatis procedendo reduxit. Hec est via que viatorem numquam fefellit quam numquam
deseruit nisi deserentem. Huius vie multe multiplices sunt semite pro ad inveniendas difficiles ad tenendas ad evitandas i...
Prima semita est prima gradus in via ista cognicio sui. De celo cecidit ista summa. Nosce te ipsum. Homo vide si non sponsus et in
amore tacitus sponse eidem loquatur. Si ignoras te pulcherrima inter mulieres. Cognicio sui consistat in tribus ut cognoscat homo
quid fecerit quid meruit quid amisit. Quid vilius o nobilis creatura ymago dei creatoris similitudo quam carne tua car-
nalibus illecebris deturpare et pro brevi voluptate torrente potare voluptatis. Quid furiosius quam rapi mente ira superbia extolli
reparari invidia cupiditate torqueri. Que in viciis es involuta que scortum amplexaris. Recordare ergo quod merueris
subeat memoria tua gehennalis olla fornax succensa magne babilonis domus mortis anxietatis domicilium flammarum
globus ardentes frigoris tenebre sempiterne. Considera ordinem tormentorum tortorum faciem penarum mutaciones miseriarum
infinitate et intollerabilibus oculis ista discute et potes dicere melius erat mihi si natus non fuissem. Reflecte oculos et
quid amiseris attendite reminiscere qualis sit civitas gloriosa celestis beatitatis locus vite suavitatis palacium splendor
glorie gratie magnitudo claritas infinita. Attende ordinem gaudiorum gaudencium vultus principum diversitudine multitudine
deliciarum et potest proclamare. Tam te perdidit domine deus. Si ergo hec triplici funiculo ligamus atque tua intelligens et audi-
tes quam mirum salutis noticia sui. Secundus gradus est penitencia. Hec duo itaque adinvicem iuncta sunt ut cognoscere se non
possit nisi peniteat penitere non possit nisi se cognoscat. Peniteat autem compuncionis iaculo vulnerata. Prima triplex quia
innocencia amisit et eam non requisivit et neglexit pacem dei. Heu domine ihesu quia primam stolam innocencie nobis in
baptismate reddidisti et amictu niveo candidatos in nostre solio revocatos. Cito recessimus a via qua ostendisti
nobis et porcorum siliquas que nos coniungebat cum prodigo filio tuo in dissimilitudinis regione expendimus. Ubi venerunt
ad nos vilissimi spiritus et cultorum ignium reges ad mundatos invidi ad salvatos dampnati. Cum ad rectos et dixerunt
anime nostre incurvare ut transeamus audivimus illos et incurvati sumus. Transivit per nos et innocenciam amisimus. Si culpa
est perdidisse quid erit putas non requisisse perditam. Perdit aliquis aliquid in hac mortali te querent indicat amicos
convocat trahit in causam nichil intemptatum relinquit donec vel amissa inveniat vel ablata restituat et custodiat
restituta. Nos hereditatem nostram incorruptibilem immarcessibilem incontaminatam in celis conservatam illius insaciabilis hec
tibi perdimus et non requirimus. Incurvavit nos et non resurgimus. Surgamus et eamus ad patrem nostrum et dicamus pater
peccavimus in celum et coram te et omnes tepidum excitantes lectionis proferentes offeramus patri primum mentis cordis contritionem
si forte cum adhuc longe simus videat nos pater et misericordia moveatur et accurrens cadat super collum nostrum et osculetur
nos osculo oris sui. Profecto iubebit proferri stolam primam innocencie et induere nos veste virtutum et dare anulum
sanctorum in manum nostram et calciare pedes nostros in preparacionem evangelii pacis. Faciet fortassis adduci vitulum

saginatum et occidi in satisfactionem venientium epulari et consultare et in symphonia et choro reduci ad superne civitatis
gaudia ubi gaudium est angelis dei super uno peccatore penitentiam agente. Bonus deus ihesus qui non [illegible] bonis eos qui am-
bulant in innocentia sed et illos qui ambulant in penitentia. Beatus enim petrus non fecit [illegible] beatus vir cui non reputavit
dominus peccatum. Omne quod ipse imputare decrevit sic est quasi non fuit. Cogita etiam quanta superbia patientia dei usus primo ab
usus sis. videbat te peccantem et dissimulabat quasi non videns. Vocabat et non audiebas. Minabatur et non timebas. Promittebat
et contempnebas. nec promissis illectus nec terrore perterritus. Ignorans quod patientia dei ad penitentiam te adducit. Time timore magno
ne thesaurizaveris tibi iram in die ire et revelationis iusti iudicii dei et memento quam horrendum est incidere in manus dei viventis.
Liga ergo hoc triplici cataplasmate plage [illegible] anime tue et dic: miserere mei domine quoniam infirmus sum. Sana me domine quoniam etc.
Secundus gradus est dolor. sed et ipsa tua ligatione [illegible] post cogitationem et primum dolor meus renovatus est et in medi-
tatione mea ignis exardescit quod creatorem offendi. Dominum non timui, [illegible] benefactorem sprevi. Numquid non sicut lutum in
manu figuli sic vos in manu mea dicit dominus. [illegible] te fecit vas in honorem. Cur te in contumeliam facere presumpsisti. Numquid
dicit figmentum figulo cur me sic fecisti, creatura creatorem, figmentum factorem, opus opificem [illegible]. Memento vilis-
sima testa quod si cecideris super lapidem istum confringeris. Si vero ipse super te ceciderit conteret te contritione [illegible] ita ut ne vesti-
gium ruinarum pateat. Tu autem [illegible] et creatorem offendens et deum non times. [illegible] cui-
us voluntati resistere nemo potest et preceptis eius [illegible] voluntatem. Noluisti intelligere ut bene ageres sed recalcitras [illegible] impio
[illegible] lege in fide publica [illegible] Non audisti [illegible] voluntatem [illegible] et
non facis. [illegible] Assistunt angeli ad audiendam vocem [illegible] stelle vocantur et dicunt assumus
venti et mare obediunt ei et omnia lege prefixa inconcussa retinent [illegible]. Tu solus [illegible] regis et imperatoris [illegible] maiestatis
non curas. Audi quod potest te mittere in tenebras ubi fletus et stridor dentium [illegible]. Et si te non monet
creatoris offensio reverentia potestatis moneat saltem ingratitudo quia tantum benefactorem in tantis beneficiis contempsisti. Ubi nam
[illegible] benefactorem invenies qui tibi ministrat sidera [illegible] tempora aeris, fecunditatem terre, fructuum ubertatem. Ad ultimum
ut omnia tibi in te beneficiorum cumulum aggravaret, proprio filio suo non pepercit sed pro nobis omnibus tradidit illum, tradidit unigenitum
pro adoptivis, dominum pro servis, pro impiis iustum. Quid ultra debuit tibi facere et non fecit. Si ergo isto dolore dolueris, potes
dicere cum propheta: ventrem meum doleo, ventrem meum doleo, sensus cordis mei turbati sunt. Tertius gradus est confessio oris
post cogitationem sui, post penitentiam mentis, post dolorem cordis sequitur oris confessio. [illegible] corde creditur ad iustitiam
ore autem confessio fit ad salutem. Sed et ipsa triplex est [illegible] salutis [illegible]. Debet enim esse vera nuda et propria. Veritatem
querit altissimus et non vult falli qui fallere non intendit. Novimus plerosque et experti sumus qui ad confessionis gratiam venientes
magis onerati quam liberati [illegible] ad sua [illegible] redierunt. Dicunt enim se clericos [illegible] se milites [illegible] gla-
diatorio gessere conflictu ut humilitatis sub pallio superbiam induerat. In tanto se [illegible] sub quo totius
humane salutis summa consistat. Sunt et alii quos timor impellit ad confessionem, alii quos simulatio ducit. Ad hoc enim con-
fitentur ut saltem ipsi videantur fuisse confessi. An tu illam veram putas esse confessionem quam aut timor extorsit aut simulatio
fecit [illegible] ipse sponsus discipline effugiat fictum et [illegible] satisfactionis opus querit. Illa vero confessio vera est que
de mentis contritione descendens non timore cogitur ut ficto palliatur sed in spiritu contribulato profert ea que sentit. Nuda autem
eam esse oportet et totius absconsionis [illegible] velamine. Quidam enim proferunt [illegible] peccatorum [illegible] et
[illegible]. Numquid de uno corde [illegible] dulce et amarum [illegible] stillare potest. Omnia nuda et aperta
sunt oculis dei et tu adhuc illi abscondis qui dei locum in tanto obtinet sacramento. Unde et denuda quicquid cor tuum
[illegible]. Detege volens ut sentias [illegible] medicantis. In simplicitate cordis quere te dominum non in duplicitate
quia ve illis qui loquuntur in corde et corde et terram duabus viis ingrediuntur. Debet autem esse et propria. Sunt enim et plurimi
qui aliorum peccata cum summa [illegible] locuntur. [illegible] sua [illegible] autem
[illegible] commendaverunt. Infelices et miseri quibus datum est aliena plangere relinquere sua. Iustus in principio
sermonis accusator est sui. [illegible] scriptura non alias. Numquid oblitus es apostoli dicentis confitemini alterutrum peccata vestra. Vestra dicit
non aliena. [illegible] ille propheta non tua. Quartus gradus est maceratio carnis. Sed et ipsa
[illegible] conservata. Convenit enim ut fiat occulte [illegible] discrete. Teneros artus tuos et [illegible] de
[illegible] confige [illegible] et tanto [illegible] abstine. [illegible] autem occulte
faciendum est ut nesciat sinistra tua quid faciat dextera tua. Non enim est in homine tanti boni reponenda custodia sed in
absconso cordis tui ut gloria tua testimonium conscientie tue. [illegible] ut non luceat lux tua coram hominibus ut glorificent
patrem tuum qui in celis est sed ne intentionem tuam in manus glorie [illegible] reconderes. Nichil enim infelicius quam
hic carnem macerare ieiuniis, vigiliis affligere, et hic recipere gloriam, illic gehennam. Licenciose vero facienda est quia
quod fit pastoris licentia gratiosius est in conspectu dei et illa hostia [illegible] acceptat altissimus que non est de
proprie sua voluntatis sed et de precipientis offertur imperio. Multum enim valet ad repellendam superbiam proprie voluntatis [illegible]

quam comparare non potest qui mundi huius diligit vanitatem. Discrecio autem in hac tenenda est ne dum nimis flagellare cupimus salutem
perimus et dum hostem subigere cupimus civem occidamus. Considera corpus tuum et corporis tui possibilitatem virtute carnis complexionem
impone modum tue discretioni. Custodi corpus incolume ad obsequium creatoris. Multos vidimus ita in principio carnem suam
verberasse et discretionis infregisse repagula ut tabidos laudum solempnibus redderent et apparatu laudari studentes fovean-
tur. Sextus gradus est correctio operis sed et ipse modo virtutis conservatur ut scilicet ut tibi malum non facias. Alteri non noceas
non consencias nocenti. Coartetur os confragilis sit voluptatibus in corpore et tu item pariter illuc quo duxisti que voluptas
duxit et peccatum remansit. Reprime ab infandis itineribus et induisse libidinis colla subscrive ne sit iniquitas in manibus
tuis. Desinant gule solempnes epulas et vana refunde colloquia. Averte oculos tuos ne videant vanitatem. Obtura aures
ne audiant sanguinem. Et tunc dice potius castigas castigat me dominus. Quid autem prodest infra rectitudinis lineam tue cursus
opera cohibere si aliis nocere desideras. Qui non fecit proximo suo malum et obprobrium non accepit adversus proximos suos requiescet
in monte sancto dei accipiet benedictionem a domino et misericordiam a deo salutari suo. Non autem te innocentem presumas inter impios et
cum virtute gradientes. Quia potius auctore retagunas et opponas te murum pro domo israel. Castigas te innocens alteri
nec nocenti consencies. Vel est enim illa summa. Qui cum emendare possit negligit participem se publici delicti constituit.
Cum enim causa dei ventilatur in medium et fidelitas promittit vitari qui pro persona qua gerit non resistit de suo dampnabitur
silencio. Septimus gradus est perseverancia sed et ipsam tueri minime sufficiamus duratam est perseverancia. Nam sicut imitacio
sanctorum brevitas temporis fragilitas corporis. Quod namque pati non posses cum videas pueros iuvenes annis senes decrepitos
christi pro nomine non solum contempsisse sed etiam exquisisse tormenta. Considera puerorum etatem iuvenum ignem virginum teneritudinem
annum fragilitatem senum infirmitatem inperpetuitate decrepitorum et ubicumque reflexeris oculos invenies in hiis etatibus multitudinem
exemplorum ad palmam martirii vincit cucurrisse. Numquid de eodem luto formatus es et tu et eodem spiritu inspiratus. Et sancta
non migrant persecucio ut martirium patiaris nec dampnaveris si pro christo fueris immo laudaris et predicaris ab omnibus. Quid si et
persecucio imminet contempnenda est propter temporis brevitatem. Sanctum enim nobis non prudit quod nullum dolorem vel longum vel
magnum esse demonstrat. Si enim magnus est longus esse non potest. Convicta enim corporis et anime exquisita dum tormenta
non sustinet sed stuporis magnitudine tremefacta summa velocitate dissolvitur. Magni animi est magna tormenta contempnere
quam in brevem parvum mutacionem ut de labore ad requiem de miseria ad gloriam pacientem faciunt evolare. Conspicienda
est etiam fragilitas corporis quam sepe aut ab lemphis casus incaudente febricule cumulata congeries brevem prius
suffocare momento. Tribue ergo virtuti si veritas fuit quod quemque debes veritati pro bono parvulo sempiternum premium
adepturus. Vides ergo quam difficilis sit via confessionis ad tuendum que multiplices semite ad tenendum. Verum est quod ait ille
tenuitas exitie magistri facilius invenimus eos qui innocentiam servaverunt quam qui congrua egerunt penitentiam. Hec de via confessionis
pro modulo nostro locuti sumus sublimioribus sublimia sine pondera reservantes. Ceterum obediencie via sub alio sermone
prius aperire temptabimus ne tueque in fastidium veniant verba domini salvatoris qui est benedictus in secula. Amen

Sermo beati Bernhardi de adventu domini primus

Hodie fratres adventus initium celebramus cuius utique sicut et ceterarum solempnitatum nomen quidem ce-
lebre satis et notum mundo est ratio vero non forte ita. Infelices enim filii Adam omissis veris
et salutaribus studiis caduca potius et transitoria querunt quibus assimilabimus homines generationis huius
aut quibus comparabimus illos quos videmus a terrenis et corporalibus consolationibus avelli separarique non posse.
Profecto similes sunt hiis qui submersi periclitantur in aquis. Nimirum videas eos tenentes tenere nec velle ratione
deserere quod primum occurrit manibus quidquid illud sit licet tale sit aliquid quod prodesse omnino non possit ut sunt
radices herbarum et similia. Nam et si qui forte ad eos veniat ut subveniat nonnumquam solent apprehensos
involvere secum adeo ut iam nec sibi nec illis auxilium ferre prevaleant. Sic pereunt in hoc mari magno et spaci-
oso sic pereunt miseri dum peritura sectantes omittunt solida quibus apprehensis emergere et salvare possent
animas suas. Neque enim de vanitate sed de veritate dictum est. Cognoscetis eam et liberabit vos. Vos ergo fratres quibus tamquam
parvulis revelat deus que abscondita sunt a sapientibus et prudentibus et ea que vere salutaria sunt sedula cogitatione
versate diligenter pensate rationem adventus huius. Nimirum quis sit qui veniat unde quo ad quid quando et qualiter.
Laudabilis sine dubio curiositas ista est et salubris. Neque enim tam devote ecclesia universa presentem celebraret
adventum nisi lateret in eo aliquod sacramentum. Primum igitur tu cum apostolo stupente et admirante intuemini et vos quis
sit iste qui ingreditur. Ipse enim secundum Gabrielis testimonium altissimi filius ac proinde altissimus ipse. Neque enim
phas est dei filium degenerem suspicari sed equalem fateri necesse est altitudinis et eiusdem penitus dignitatis.
Quis enim principum filios principes et filios regum reges esse nesciat. Verumtamen quid est quod trium personarum
quas in summa trinitate credimus confitemur et adoramus non pater non spiritus sanctus advenit sed filius. Nunc ego quidem
id factum esse arbitror sine causa. Sed quis cognovit sensum domini aut quis consiliarius eius fuit. Neque enim sine
altissimo trinitatis consilio factum est ut filius adveniret. Et si consideremus que nobis in causa fortassis advertere
possimus vel ex parte quam congruum fuit a filio nos maxime liberari. Lucifer enim qui mane oriebatur pro eo quod altis-
simi similitudinem usurpare temptavit et rapinam arbitratus est esse se equalem deo quod utique filii est precipitatus
illico corruit quia zelavit pro filio pater et ope dixisse videtur mihi vindictam et ego retribuam. Continuo visus
est tamquam fulgur de celo cadens. Quid tu superbis terra et cinis. Si superbientibus angelis deus non pepercit quanto
magis tibi putredo et vermis. Nichil ille fecit nichil operatus est tantum cogitavit superbiam et in momento
in ictu oculi irreparabiliter precipitatus est quia secundum ipsum in veritate non stetit. Fugite superbiam fratres quesumus multum
fugite. Initium omnis peccati superbia que tam velociter ipsum quoque sideribus cunctis clarius micantem etiam caligine obumbravit
luciferum que non modo angelum sed angelorum primum primo in dyabolum commutavit. Unde et protinus invidens homini
quam conceperat in semetipso in eo peperit iniquitatem suadens ut lignum vetitum gustaret sic esset sicut deus sciens bonum
et malum. Quid enim polliceris quid promittis miser cum filius altissimi clavem scientie habeat imo et ipse sit clavis
David que claudit et nemo aperit. In eo sunt omnes thesauri sapientie et scientie absconditi. Tu ne eos ut homini prestes
iniquis furtibus videtur quod mihi dominus sinat. Vere mendax est iste et pater eius. Ita et mendax fuit deus filio
eius altissimo et mendacii pater qui in hominem quoque venenatum sue falsitatis seminarium fudit dicens eritis sicut dii.
Tu quoque homo si videbas furem currebas cum eo. Audistis fratres quod hac nocte lectum est in ysaia dicente deo principes
tui infideles vel ut alia translacio habet inobedientes socii furum. Revera principes nostri Adam et Eva principia
nostre propaginis inobedientes et socii furum qui quod filii dei est serpentis imo per serpentem dyaboli consilio
surripere temptaverunt. Nec dissimulat iniuriam filii pater. Pater enim filium diligit sed continuo et in ipsum hominem vindictam
retribuit et aggravavit super nos manum suam. Omnes enim in Adam peccavimus et in eo sententiam dampnacionis concepimus
omnes. Quid agat filius videns pro se zelari patrem et nulli penitus parcere creature. Ecce inquit occasione mea
creaturas suas pater amittit. Altitudinem meam primus angelus affectavit et populum qui sibi credebat habuit sed continuo
patris zelus vindicavit in illum et percussit eum et omnes suos plaga insanabili castigatione crudeli.
Scientiam que nichilominus mea est surripere voluit homo et nec illi quidem misertus est nec pepercit oculus eius. Numquid
de bobus cura est deo. Duas tantum fecerat nobiles creaturas racionis participes et beatitudinis angelum videlicet atque hominem
sed ecce propter me perdidit angelos multos homines universos. Ergo ut sciant quia et ego diligo patrem et per me re-
cipiat quos quodammodo propter me amisisse videtur. Si propter me tempestas hec orta est ait Jonas tollite me
et mittite in mare. Omnes mihi invident et ecce ego venio et talem exhibeo meipsum ut quisquis invidere vo-
luit quisquis gestiunt imitari fiat ei emulacio ista in bonum. Novi tamen in affectu malicie et nequicie
transisse angelos desertores nec ignorancia aliqua seu infirmitate peccasse ideo quoque perisse necesse et penitere

nolentes Pris em amor et honor regis iudiciu diligit xpc hic em et ipse cauit honores ab inicio ut repleant ex
hoibus loca vacua et ruine iRlm restaurent. Sciebat anglos illuc ad patriam redeundi via. Nempe nouit sup
bia moab q supbus est valde et supbia eius remediu pnie no admittit ac p hoc nec venie. At vo hominu vice
illos postea condidit catuaz inueniens q hic ipse adhuc honorem restaurandi quippe que supplantauit aliena mali
Ideo q prodesse ei pt caritas aliena. Ita dne obsecro complaceat t ut eruas me qui infuig su qui de tra mea
furtim sublatus su et hic inocens in lacu missus su no quidem penitus inocens aliquatenus. Mendaciu ni psuasio
est dos. Veniat veritas ut possit falsitas comprehendi ut cognosca veritate et veritas liberabit me si tn dephense
falsitati penitus abrenunciauero et cognite veritati adhesero. Alioqi no humana erit temptacio nec humanu petm
s obstinacio dyabolica. Na pseuerare in malo dyabolicu est et dignu sit pire cu illo quicumq in similitudine eius
pmanet in pcto. Ecce fres audistis quis sit qui veniat. Considerate iam unde veniat aut quo venit. Utiq
de corde dei pris in vtm virginis matris. Venit a summo celo in inferiores partes tre. Quid ergo. Nonne et nobis
i tra est conuersandu si tn in ea psistit ille. Ubi em bn erit sine illo aut ubi male poterit esse cu illo. Quid em
m est in celo et ate quid volui sup tra. Ds cordis mei et ps mea ds in etnu. Na et si ambulauero i medio
umbre mortis no timebo mala qm tu mecu es. Nunc aut ut video et ad tras et ad ipm q descendit infrn
no tamq vinctus s tamq int mortuos liber sicut lux q in tenebris lucet et tenebre eam no comprehenderunt
Unde nec relinquitur aia in inferno nec sctm corpus tuu in tra vidit corrupcoz. Xps em qui descendit ipse est et
qui ascendit sup omes celos ut adimpleret oia. De quo scriptu est. Qui ptransijt benefaciendo et sanando omes
oppssos a dyabolo. Et alibi. Exultauit ut gigas ad currenda viam. A summo celo egressio eius. Unde clamat aplus. Si que sursu
sut querite ubi xps est in dextera dei pris sedens. Incassu em laboraret erigere corda nra nisi collocatu in
celis salutis nre ondet auctore. Sz videam iam que sequat. Nam et si mira quidem copiosa inueniat et ubera
valde s angustie tpis tanta sermonis longitudine no admittunt. Considerantibus ergo quis veniat magnitudo
et ineffabilis maiestas innotuit suscipientibus. Unde veniat grandis plane patuit via sm eius testimonium q
pphico pueniens spu. Ecce inquit nomen dni venit de longinquo. Porro quo veniat intuentibus apparuit inestimabilis
dignacio et penitus incogitabilis q in carceris huius ergastulu tanta descendere dignata est celsitudo. Nam quis
dubitet magnu aliquid in causa fuisse ut maiestas tanta de tam longinquo in locu tam indignu descendere
dignaretur. Plane magnu aliquid q mia magna q miseracio multa q caritas copiosa. Ad quid em venisse
credendus est. Hoc nanq est quod iuxta ppositu oportet iam scrutari. Nec sane laborandu nobis est i hac parte
cu manifeste aduentus eius causa et verba ipius et opa clament. Ad querenda quippe oue centesima q errauerat
de montibus ppauit et ut manifestius confiteantur dno mie eius et mirabilia eius filijs hominu xpc ad nos venit.
Mira quidem dei dignacio magna dignitas hois sic quesiti in quo si gloriari voluit no erit insipiens. Non
q aliquid esse videat tamq a semetipso s q tanti eu fecit qui fecit. Omes em diuicie oes glie mundi et quicqd
in eo concupiscit minus est ad hanc gliam immo nec est aliquid in eius comparacione. Dne quid est hō q magnificas eu
aut quid apponis erga eu cor tuu. At tn velim nosse quid est voluit q ad nos venit aut quare non magis venim'
ad illu. Nra em necessitas. Sz ut consuetudo diuitu est ut ad pauperes veniat nec si pstare voluerint. Ita e fres
nos magis ad eu venire dignu fuit. S duplex erat impedimentu. Na et caligabant oculi nri ille vo lucem habita
bat inaccessibilem et iacentes paralitici in grabato diuina illa no poteramus attingere celsitudinem. Propterea benignissimus
saluator ac medicus animarum descendit ab altitudine sua et claritatem suam infirmis oculis temperauit. Induit se
laterna quadam illo utique glorioso et ab omni labe purissimo corpore qd suscepit. Hec em illa leuissima plane et
psulgida nubes sup qua ascensurum eu ppha pdixerat ut descenderet in egiptu. Tempus est iam ipm q considerare
tpus quo saluator aduenit. Venit em qd et vos ignorare no latere no in inicio neqz i medio tpis s in fine.
Nec incongrue factum est s verie sapienter disposuit sapientia ut cu magis esset necessarium tunc primo ferret auxiliu p nobis
ad inquietudinem adē filios no ignorans. Vere em aduesperascebat et inclinata erat iam dies et recesserat paru
lominis sol iusticie ita ut exigunus nimis splendor eius aut calor esset in tris. Na et lux diuine noticie
parua admodum erat et habundante iniquitate refrixerat caritas. Na no apparebat angelus non loquebatur ppha. Cessabant
velut desperacione inuicti p nimia utiqz duricia hominum et obstinacione. At ego aut filius tunc dixi. Ecce venio.
Sic dum medium silenciu tenerent omnia et nox in suo cursu iter pageret omnipotens sermo tuus dne a regalibus sedibus venit. Qd et aps intuens aiebat
At ubi venit plenitudo tpis misit ds filium suum. Nimirum em plenitudo et habundancia tpium obliuionem et
inopia fecerat eternorum. Oportune em tunc aduenit eternitas qn magis temporalitas preualebat. Na ut cetera silea
ipa q pax tpalis in illo tpe tanta fuit ut ad hois unius edictum describeretur vniuersus orbis. Habetis iam

persona venientis et locum utriusque .i. a quo et ad quem causas quoque et tempus non ignoramus. Unum restat adhuc .i. via scilicet
per quam venit et hoc quoque diligenter inquirenda ut possimus sicut dignum est occurrere ei. Venturus sicut ad operanda salutem
in medio terre semel venit in carne visibilis. ita et quotidie ad salvandas animas singulorum in spiritu venit et invisibilis
sicut scriptum est spiritus ante faciem nostram christus dominus. Et ut noveris occultum hunc esse spiritualem adventum. In umbra eius
inquit vivemus inter gentes. propterea dignum est ut si non valet infirmus adhuc in occursum tanti medici procedere longius saltem
conetur erigere caput et aliquatenus assurgere venienti. Non te oportet o homo maria transfretare non penetrare nubes. non
transalpinare necesse est. Non grandis inquam tibi ostenditur via: usque ad temetipsum occurre deo tuo. prope enim est verbum
in ore tuo et in corde tuo. usque ad cordis compunctionem et confessionem oris occurre. ut saltem exeas de sterquilinio
misere conscientie quoniam indignum est illuc auctorem puritatis intrare. Et hec quidem de eo adventu sint dicta quo singulorum
mentes invisibiliter dignatur illustrare potentia. Nunc libet et adventus manifesti considerare viam quoniam vie eius pulcre
et omnes semite eius pacifice. Ecce inquit sponsa venit saliens in montibus transiliens colles. venientem videres
o pulcre sed cubantem aut pascentem videre non poteras. Dixerat enim. Indica mihi quem diligit anima mea ubi pascas
ubi cubes. Cubans pascit angelos in illas perpetuas eternitates quos saciat visione eternitatis et immutabilitatis
sue. Sed ne ignores te o pulcra? Commirabilis facta est visio illa que te confortata est et non poteris ad eam. Venturus
ecce egressus est de loco sancto suo et qui cubans pascit angelos ipse cepit sicut quoque sanaturus nos et videbis venientem
quem pascentem et cubantem videre ante non poteras. Ecce enim venit hic saliens in montibus transiliens colles.
et pastens qui cubans et pastens videri ante non potuit. Ecce enim venit hic saliens in montibus transiliens colles in libro generationis
Montes et colles patriarchas et prophetas accipe et quadmodum venit saliens et transiliens colles in libro generationis
lege. Abraham genuit ysaac. ysaac genuit iacob etc. Ex hiis montibus prodiit ut invenies radix yesse ut in ysaya
propheta. Egressa est virga et ramide flos ascendet super quam requiescet spiritus septiformis. Et ad manifestius alio in loco
aperiens idem propheta. Ecce inquit virgo concipiet et pariet filium et vocabitur nomen eius emanuel quod interpretatur nobiscum deus.
apiens idem propheta. Ecce inquit virgo concipiet et pariet filium et vocabitur nomen eius emanuel quod interpretatur nobiscum deus
Ecce enim prius florem ipsum deinde emanuelem et quam dixerat virgam manifestius exprimens virginem nominavit. Sed nunc
est huius sacratissime considerationis dicendi altitudinem reservare digna est enim ipso sermone materia propterea eo quod tam in longum
hodiernus sermo processerit. Secundus sermo de eodem scilicet adventu domini.

Audivimus suadente regi achas ysaiam petere signum a domino sive in profundum inferni sive in excelsum supra. Audivimus
responsionem eius formam quidem habentem pietatis sed non virtute propter hoc denique ab eo qui intuetur cor et cui
confitetur hominis cogitatio meruit reprobari. Non petam inquit et non temptabo dominum. Elatus erat achas
stadio soli regalis astutus suadere sapiens urbis. Audiebat utique vox a domino Vade dic vulpi illi. petat sibi signum
a domino in profundum. Habent enim vulpes foveas sed in infernum quoque si descenderit adest qui comprehendat sapientes in astutia
sua. Et quoque vade ait dominus deus. Dic volucri illi petat sibi signum in excelsum supra. Habent enim volucres nidos sed et si in
celum ascenderit illic est qui superbis resistit propter caliras virtute superborum et sublimium colla. Venturus supplicat ille
pietatis excelse seu incomprehensibilis profunditatis et sapientie querere signum et propterea signum bonitatis domini damus
dominus ipse promittit ut quos nec potentie nec sapientia terruit allectat saltem exhibicio caritatis. Propter tu in eo quod ait in profundum
infinitum etiam caritas ipsa qua maiorem nemo habuit ut in infernum quoque pariter moriendo descenderet. non immerito designari
ut perpiciat achas nec in excelsum regnantis apparens te maiestate nec descenderet ad inferos amplecti caritate.
Molestus est ergo non solum hominibus sed etiam deo quoniam ipse nec maiestatem cogitat in timore nec caritatem in amore meditatur.
propter hoc inquam dabit dominus vobis signum in quo manifeste et maiestas et caritas innotescat. Ecce virgo concipiet et
pariet filium et vocabitur nomen eius emanuel quod interpretatur nobiscum deus. Noli fugere adam quoniam nobiscum deus. Ne timeas
homo nec audito nomine dei timeas quoniam nobiscum deus. Nobiscum est carnis similitudine nobiscum utilitate propter nos venit tamquam
unus ex nobis similis nobis passibilis. Denique inquit. Butirum et mel comedet. Quasi dicat. Parvulus est et vescetur infantilibus
alimentis. Ut sciat inquit reprobare malum et eligere bonum. Etiam hic bonum et malum audis sicut in arbore vetita
sicut in ligno transgressionis sed multo melius a primo adam secundus iste premittitur. Eligens enim bonum malum reprobat. Non sicut
ille qui dilexit maledictionem et venit ei et noluit benedictionem et elongata est ab eo. Nam et in eo quod premisit butirum
et mel comedet. adiuncte potius parvuli huius electionem tum apparet eius gratia ut quod prestat utrumque sentire digne et
accommode ad intelligentiam prestare concedat. Duo sunt in lacte omnis .i. scilicet butirum et caseus. Butirum pingue et humidum.
Caseus econtra aridus et durus. Bene ergo parvulus nec eligere novit qui butirum comedens caseum utique non comedit.
Que est enim omnis contentio que erravit et de qua propheta loquitur in persona dei. Erravi sicut ovis que periit. Utique genus
humanum quod benignissimus pastor quesivit aliis sane nonaginta novem omnibus relictis. In hac ergo ove. duo reperies. nam
dulce nam bona et bona valde tamquam butirum et peccati corruptione ut caseum. Vide ergo quod optime puer iste elegit
qui nostram naturam sine ulla peccati corruptione suscepit. Nam de peccatoribus legitur. Coagulatum est sicut lac cor eorum. In quibus
utique puritatem lactis corrumpat fermentum malitie et nequitie coagulum inquinat. Hic et apis hic mellis dulcedine
hic etiam aculei punctionem. Apis vero est que pascitur inter lilia que florigeram inhabitat patriam angelorum. Unde et ad

civitate nazareth quod interpretatur flos advolavit et ad suave olentem perpetue virginitatis florem advenit illi insedit illi adhesit. Denique apis mel et aculeum non ignorat qui misericordiam dei et iudicium tibi propheta decantat. Verum ad nos veniens solum mel attulit et non aculeum id est misericordiam et non iudicium ita ut suadentibus quoque discipulis ut civitatem que eum suscipere noluerat perderet igne celesti increpaverit non venisse filium hominis ut iudicaret sed ut salvaret mundum. Non habebat aculeum apis nostra quodammodo deposuerat eum qui tanta indigna patiens misericordiam exhibebat et non iudicium. Sed nolite sperare in iniquitate nolite peccare in spe. Habet enim apis nostra quandoque resumere aculeum suum et acriter nimis infigere illum in medullas hominum peccatorum quamvis pater non iudicat quemquam sed iudicium omne dedit filio. Hinc est etiam et parvulus inquit butirum et mel comedit qui bonum nature humane divine iunctum in semetipso sic univit ut esset homo verus et peccatum non haberet deus misericors et iudicium non exhibens. Ex hiis iam manifestum arbitror que sit virga de radice yesse procedens quis vero flos super quem requiescit spiritus sanctus quoniam virgo dei genitrix virga est flos filius eius. Flos utique filius virginis flos candidus et rubicundus electus ex milibus. Flos in quem desiderant angeli prospicere flos ad cuius odorem reviviscunt mortui et sicut ipse testatur flos campi est et non orti. Campus enim sine omni humano floret adminiculo non seminatus ab aliquo non defossus sarculo non impinguatus fimo. Sic omnino sic virginis alvus floruit sic inviolata integra et casta marie viscera tamquam pascua eterni viroris florem protulere cuius pulchritudo non videat corruptionem cuius gloria in perpetuum non marcescit. O virgo virga sublimis in quam sublime verticem sanctum erigis usque ad sedentem in throno usque ad dominum maiestatis. Neque id mirum quoniam in altum mittis radices humilitatis. O vere celestis planta preciosior cunctis sanctior universis. O vere lignum vite quod solum portare dignum fuit fructum salutis. Deprehensa est maligne serpens versucia tua nudata est plane falsitas tua. Duo imposueras creatori mendacii et invidie infamaveras eum sed in utroque convictus es esse mentitus siquidem et ab initio moritur cui dixeras nequaquam moriemini et veritas domini manet in eternum. Sed et nunc vide si potes quam ei arborem cuius arboris fructum invidere potuit qui nec hanc quidem virgam electam fructumque sublimem negavit. Etenim qui proprio filio suo non pepercit quomodo non etiam omnia cum illo donavit. Sed iam advertis nisi fallor quia virgo regia ipsa est via per quam salvator advenit procedens ex eius utero tamquam sponsus de thalamo suo. Tenentes ergo viam quam prius sicut meministis cepimus investigare sermone studeamus et nos dilectissimi ad ipsum per eam ascendere qui per ipsam ad nos descendit per eam venire in gratiam ipsius qui per eam in nostram miseriam venit. Per te accessum habeamus ad filium o benedicta inventrix gratie genitrix vite mater salutis ut per te suscipiat nos qui per te datus est nobis. Excuset apud ipsum integritas tua culpam nostre corruptionis et humilitas tua deo grata nostre veniam impetret vanitati. Copiosa caritas tua nostrorum cooperiat multitudinem peccatorum et fecunditas tua gloriosa fecunditatem nobis conferat meritorum. Domina nostra mediatrix nostra advocata nostra tuo filio nos representa. Fac o benedicta per gratiam quam invenisti per misericordiam quam peperisti ut qui te mediante fieri dignatus est particeps infirmitatis et miserie nostre te quoque intercedente participes nos faciat glorie sue et beatitudinis ihesus christus filius tuus dominus noster qui est super omnia benedictus in secula seculorum amen.

Tercius sermo de eodem adventu

In adventu domini quem hodie celebramus si personam venientis intueor non capio excellentiam maiestatis. Si attendo ad quos venit dignationis magnitudinem expavesco. Stupent celi et angeli ipsi de novo videntes infra se quem supra se semper adorant manifeste iam et ascendentes et descendentes ad filium hominis. Si considero propter quid venit amplector quo ad possum inestimabilem magnitudinem caritatis. Si modum cogito exaltationem agnosco humane conditionis. Venit siquidem universitatis creator et dominus venit propter homines venit homo. Sed dicet aliquis quomodo venisse dicitur qui semper ubique fuit. Erat quidem in mundo et mundus factus est per ipsum et mundus eum non cognovit. Non ergo venit qui aderat sed apparuit qui latebat. Sed et humana in qua agnosceretur induit formam qui utique in divina lucem habitat inaccessibilem. Nec sane gloriam maiestatis apparere in similitudine sua quam fecerat ab initio indignum videbatur a quibus in substantia sua non poterat agnosci in ymagine exhiberi. Ut qui fecerat hominem ad ymaginem et similitudinem suam ipse hominibus innotesceret factus homo. Huius ergo adventus tante maiestatis tante humilitatis tante caritatis tante etiam glorificationis nostre ab universa ecclesia semel in anno solemnitatis memoria celebratur. Sed utinam ita semel ageretur ut semper id quippe dignum. Haec enim insania est ut post tanti regis adventum aliis quibuslibet negotiis homines se velint seu audeant occupari et magis obmissis omnibus soli eius cultui vacent nec in eius presentia cuiusquam meminerint ceterorum. Sed non omnium est quod ait propheta memoriam habundantie suavitatis tue eructabunt. Si quidem nec ad hanc memoria pascat. Sane nemo quod non gustavit sed neque quod eum gustavit eructat. Ructus quippe non nisi de plenitudine et saturitate procedit propterea quorum scilicet est mens et vita memoria hec et si celebrant non tamen eructant sine devotione vel affectione dies istos antiqua quadam consuetudine observantes. Denique quod dampnabilius est ipsa quoque inestimabilis huius dignationis memoria datur in occasionem carnis ut videas eos tanta vestium sollicitudine gloriari diebus istis ciborum parare delicias acsi hec huiusmodi querat in nativitate sua christus et ibi suscipiatur dignius

ubi hec avaricia glorificant? Sed ipsum audi dicentem: Superbo oculo et insaciabili corde cum hoc non edebam. Quid tanta
ambicione vestes paras in natale meum? Detestor ego superbiam, non amplector. Quid tanta sollicitudine ciborum copias
reponis in tempus illud? Dampno ego carnis delicias, non accepto. Plane insaciabilis es corde tanta parans et
quod toto longo tempore cum corpori utique pauciora sufficerent et que possent oportunius inveniri. Celebras ergo adventum
meum: labiis tuis me honoras, sed cor tuum longe est a me. Non me colis, sed deus tuus venter est, et gloria in confu-
sione tibi. Infelix omnis qui voluptatem corporis et secularis colit glorie vanitatem. Beatus populus cuius est dominus deus eius.
Fratres, nolite vos in malignantibus emulari, neque zelaveritis facientes iniquitatem. Intelligite magis in novissima eorum,
et compatimini eis et orate pro eis qui preoccupati sunt in delicto. Hoc enim faciunt miseri quia ignoranciam dei habent.
Nam si cognovisset nunquam dominum glorie crucifixisset, tanta adversum se insania provocaret. Vos autem dilectissimi excusacionem
de ignorancia non habetis. Plane nosti eum quisquis hic es. Si dixeris quia non novi eum, eris similis illorum mendax.
Denique dic, si eum non nosti, quis te huc adduxit aut quomodo huc venisti? Alioquin quis tibi persuadere posset carorum
affectibus, corporis voluptatibus, seculi vanitatibus sponte abrenunciare et iactare cogitatum tuum in dominum et omnem
sollicitudinem in eum proicere, de quo nichil bene, immo contraria tam male meruerat? Quis inquam tibi persuadere posset,
si nescires quia bonus dominus sperantibus in se, anime querenti ipsum? Nisi quia cognovisses et tu quia suavis est dominus et mitis
et multe misericordie et verax. Hoc autem non nosti nisi quia non solum ad te sed etiam in te venit. Triplicem adventum eius

triplex adventus Christi

novimus: ad homines, in homines et contra homines. Ad homines quidem indifferenter, non autem ita in homines aut contra homines. Sed quia
primus et tercius sunt utpote manifesti, de secundo quidem spiritualis est et occultus, ipsum audi dicentem: Si quis diligit me,
sermonem meum servabit, et pater meus diliget eum, et ad eum veniemus et mansionem apud eum faciemus. Beatus apud quem mansionem
facies, domine Ihesu. Beatus cui sapiencia edificat sibi domum, excidens columpnas septem. Beata anima que sedes est sapiencie.
Quenam est illa anima? Utique iusti. Recte plane, quia iusticia et iudicium preparacio sedis tue. Quis in nobis est, fratres, qui
desiderat in anima sua sedem preparare Christo? Ecce que serica, que tapecia, que pulvinaria oporteat preparari: Iu-
sticia et iudicium preparacio sedis tue. Iusticia virtus est que suum est unicuique tribuens. Tribue ergo tribus que sua sunt:
redde superiori, redde equali, redde inferiori cuilibet quod debes, et digne celebras adventum Christi, parans ei in
iusticia sedem suam. Redde inquam superiori reverenciam et obedienciam, quorum altera cordis, altera operis. Nec enim sufficit exterius
obtemperare maioribus nostris, nisi ex intimo cordis affectu sublimiter senciamus de eis. Quod et si manifeste indigna in-
notuerit prelati alicuius vita, ut nichil omnino dissimulacionis, nichil excusacionis admittat, propter eum tamen a quo est
omnis potestas, ipsum quemmodo talem non indignum potius reputare debemus, non pro eius persone meritis, sed pro ordinacione divina
et dignitate ipsius officii defendere. Sic et fratribus nostris inter quos vivimus iure fraternitatis et societatis humane
consilii sumus et auxilii debitores. Hoc enim volumus ut et ipsi impendant consilium quo erudiatur ignorancia nostra.
Sed forte dicit aliquis vestrum: Quod ego consilium dabo fratri cui nec unum quidem verbum phas est dicere
absque licencia? Quod ei consilium impendere est, cum nec aliquid minimum agere liceat absque obediencia? Ad quod ego: Non
deerit tibi quod facias, tu si caritas fraterna non desit. Nullum ergo consilium melius arbitror quam si exemplo tuo fratrem docere
studeas que oporteat, que non oporteat fieri, provoces eum ad meliora, et consulens ei non verbo neque lingua, sed
opere et veritate. Nam quod utilius aut efficacius auxilium aliquod est quam ut ores devote pro eo, ut non dissimules redarguere
culpas eius, ut non modo nullum ei offendiculum ponas, sed et sollicitus sis quantum potes, tamquam angelus pacis, de
regno dei scandala tollere et occasiones scandalorum penitus removere? Si taliter te consiliarium fratri et auxiliarium
exhibes, reddis ei quod debes, nec habet unde causetur. Porro si tu forte prelatus es, hinc sine dubio teneris
debitor sollicitudinis amplioris. Exigit a te et ipse custodiam et disciplinam. Custodiam quippe ut possit cavere
peccatum, disciplinam vero ut quod minus minime maneat impunitum. Quod et si nemini fratrum preesse videris, habes tu sub
te cui custodiam et disciplinam hanc oporteat exhibere. Dico autem corpus tuum, quod sine dubio regendum accepit
spiritus tuus. Debes ei custodiam, ut non regnet in eo peccatum, nec membra tua arma fiant iniquitati. Debes et disci-
plinam, ut dignos faciat penitencie fructus, castigatum et subditum servituti. Longe tamen graviori et periculosiori debito
tenentur astricti qui pro multis animabus reddituri sunt racionem. Quid ergo infelix quo me vertam, si tantum thesaurum, si pre-
ciosum depositum illud, quod sibi Christus sanguine suo preciosius iudicavit, contigit negligencius custodire? Si stillan-
tem in cruce domini sanguinem collegissem, ut repositum penes me in vase vitreo, quod et portari sepius oportet, quid
animi haberem essem in discrimine tanto? Et certe id servandum accepi pro quo mercator non insipiens, ipsa utique sapiencia,
sanguinem illum dedit. Sed et habeo thesaurum illum in vasis fictilibus et quibus multo plura quam vitreis imminere pericula
videantur. Accedit sane ad sollicitudinis cumulum et pondus timoris, quod cum et meam et proximorum conscienciam servare
necesse sit, neutra michi satis est nota, utraque abissus est imperscrutabilis, utraque michi nox est, et nichilominus

exigitur a me utique custodia et clamatur: Custos quid de nocte, custos quid de nocte. Non est enim dicere cum Cayn: Numquid custos fratris mei sum ego. Sed est fateri humiliter cum propheta quia nisi dominus custodierit ciuitatem frustra uigilat qui custodit eam. Tamen eo tunc excusabilis uideor ego sicut predixi, si debitam exhibeo custodiam pro meo posse. Illa plena est et si forte quatuor uos defuerint. Dico autem erga prelatos reuerentiam et obedientiam et auxilium et consilium erga fratres quod ad iustitiam pertinet. Non impetratis sedem inueniet sapientia. Et fortassis hec uidentur septem columpne quas excidit in domo quam edificauit sibi. Et septima quenda est, si forte et eam nobis notam facere ipsa dignetur. Quid uero prohibet sicut septem in iustitia septem quoque intelligi in iudicio. Neque enim sola iustitia sed iustitia et iudicium preparatio sedis tue. Denique si prelatis et equalibus et inferioribus reddimus quod oportet, nichil ne accipiet deus. Ut ei plane quod debet retribuere nemo potest, quia tam copiose accumulauit super nos misericordias suas, quia tam multa deliquimus ei, quia tam fragiles et nichili sumus, quia tam plenus ille et sufficiens sibi et bonorum omnium nostrorum non egens. Audiui tamen dicentem eum cui incerta et occulta sapientie sue reuelauit quia honor regis iudicium diligit. Nichil quod in se est a nobis exigit, quia si nosipsos iudicaremus amplius tunc dicas iniquitates meas et iustificabit nos gratis ut gratia commendetur. Diligit enim animam que in conspectu eius et sine intermissione consideratur et sine dissimulatione diiudicat semetipsam. Uerumque iudicium non nisi propter nos a nobis exigit, quia si nosmetipsos iudicaremus non utique iudicabimur. Propterea sapiens uir omnia opera sua scrutatur, discutit et iudicat uniuersa. Honorat quippe ueritatem qui et se et sua omnia in eo statu que ueritas habet et agnoscit ueraciter et humiliter confitetur. Audi denique manifestius a te iudicium exigi post iustitiam: Cum feceritis inquit omnia que precepta sunt uobis dicite: Serui inutiles sumus. Hoc plane quod in honore est digna sedis preparatio diuine maiestatis ut et iustitie mandata studeat obseruare et semper indignum sese inutilem arbitretur. Sermo quartus de eodem

Dignum est fratres ut tota deuotione domini celebretis aduentum, delectati tanta consolatione, stupefacti tanta dignatione, inflammati tanta dilectione. Nec uero solum cogitetis eum aduentum quo uenit querere et saluum facere quod perierat, sed et illum nichilominus quo ueniet et assumet nos ad semetipsum. Utinam eos hos duos aduentus iugi meditatione uersetis, ruminantes in cordibus uestris quantum in priore prestitit, quantum promisit in secundo. Ut enim dormiatis inter medios cleros. Hec sunt enim duo brachia sponsi inter que sponsa dormiens aiebat: Leua eius sub capite meo et dextera illius amplexabitur me. Nam et in sinistra eius sicut alibi legimus diuitie et gloria, in dextera longitudinis uite. In sinistra eius diuitie et gloria. Filii Adam, genus auarum et ambitiosum, audite. Quid uobis cum terrenis diuitiis et gloria temporali que nec uere nec uestre sunt. Aurum et argentum nonne terra est rubra et alba, quam solus hominum error facit ut reputetur magis preciosum. Denique si uestra sunt hec tollite ea uobiscum. Sed homo cum interierit non sumet omnia neque descendet cum eo gloria eius. Uere ergo diuitie non opes sunt sed uirtutes quas secum conscientia portat ut in perpetuum diues fiat. De gloria dicit apostolus: Gloria nostra hec est testimonium conscientie nostre. Hec est enim uera gloria que est a spiritu ueritatis. Ipse enim spiritus testimonium perhibet spiritui nostro quod filii dei sumus. Gloria uero quam ab inuicem accipiunt uana est quia uani filii hominum. Insipiens tu qui nummos congregas in sacculum pertusum, qui thesaurum tuum alieno in ore constituis. Ignoras quod archa ista non clauditur nec seras habet. Quanto melius sapiunt qui thesaurum suum sibi ipsi seruant, aliis non committunt. Uenit ergo, numquid semper seruabunt, numquid semper abscondent. Ueniet cum abscondita erunt manifesta, et que uidentur fuerint ostentata non comparebunt. Hinc est quod ueniente domino fatuarum uirginum lampades extinguuntur, et qui receperunt mercedem suam adueniens nescit. Propterea dico uobis karissimi utile est magis abscondere quam ostendere. Sic quidem homines boni sunt et mendici cum elemosinam petunt non preciosas uestes ostendunt sed seminuda membra aut ulcera si habuerint ut citius ad misericordiam uidentes animum inclinent. Quam regulam ille publicanus seruauit multo melius pharisaeo et ideo descendit iustificatus ab illo. Tempus est fratres ut iudicium incipiat a domo dei. Quid uero finis eorum qui non obediunt euangelio. Quod iudicium habes qui in hoc iudicio non resurgunt. Quicumque enim iudicium dissiliunt eo iudicio quod nunc est in quo princeps mundi huius eicitur foras, iudicem exspectent uel magis timeant a quo cum ipso principe suo foras eiciantur et ipsi. Nos autem et si perfecte iudicamur nunc securi expectemus saluatorem dominum nostrum Ihesum Christum qui reformabit corpus humilitatis nostre configuratum corpori claritatis sue. Tunc fulgebunt iusti ita ut uideri possint docti pariter et indocti. Fulgebunt sicut sol in regno patris eorum. Erit autem claritas solis septemplicior sicut lux septem dierum. Adueniens enim saluator reformabit corpus humilitatis nostre configuratum corpori claritatis sue, si tamen prius fuerit cor reformatum et configuratum humilitati cordis ipsius. Propter quod et dicebat: Discite a me quia mitis sum et humilis corde. Considera sane in hoc uerbis quia humilitas duplex est: altera cognitionis, altera affectionis, que hic dicitur cordis. Priore recognoscimus quod nichil sumus, et hanc discimus a nobisipsis et ab infirmitate propria; posteriore calcamus gloriam mundi, et hanc ab illo discimus qui exinaniuit semetipsum formam serui accipiens, qui etiam quesitus in regnum fugit

quesitus ad tanta probra et ignominiosum supplicium crucis sponte obtulit semetipsum. Sunt ergo si dormire volumus
inter medios cleros id est duos adventus penne mee deargentate ut illa scilicet virtutum forma teneatur quam et verbo
et exemplo commendavit Christus. Penne in carne sunt argento siquidem non inconvenienter intelligitur humanitas eius sicut in auro di-
vinitas eius. Omnis itaque virtus nostra tam longe est a virtute vera quam longe est ab ea forma, et omnis penna nostra
nichil valet si non fuerit deargentata. Magna quidem penna est paupertatis qua tanto volatur in regnum
celorum. Nam in aliis virtutibus que sequuntur promissio futuri temporis indicatur, sed paupertati non tam promittitur quam datur,
unde et in presenti tempore enunciatum est: quoniam ipsorum est regnum celorum, cum in ceteris dicatur: hereditabunt et consolabuntur
et cetera similia. Video autem pauperes aliquos qui si veram haberent paupertatem non adeo pusillanimes invenirentur et tristes,
utpote reges et reges celi. Hii sunt qui pauperes esse volunt, ea tamen pacto ut nichil eis desit, et sic diligunt paupertatem
ut nullam inopiam patiantur. Sunt et alii mites sed quamdiu nichil dicitur vel agitur nisi pro eorum arbitrio. Apparebit
autem quam longe sint a vera mansuetudine si levis oriatur occasio. Hec mansuetudo quomodo hereditabit que ante hereditatem deficit?
Alios quoque lugentes video, sed si de corde procederent ille lacrime non tam facile ilico solverentur in risum. Nunc autem cum
sequuntur ociosa et scurrilia verba profluant quam prius lacrime, lacrimas huiusmodi desursum esse non arbitror quia consolacio
divina promittitur, cum quibus profecto illam consolacionem tam vilis admittatur. Alii tam vehementer contra aliorum delicta zelantur ut
videri possent esurire et sitire iusticiam, si esset apud eos de suis quoque peccatis idem iudicium. Sed nunc pondus et pondus utrumque
abhominacio est apud deum. Nam contra alios tam impudenter quam inaniter estuant, sed seipsos tam insipienter quam inutiliter
palpant. Sunt alii misericordes de hiis que ad ipsos pertinent quia scandalisantur si non datur omnibus habundanter, sed tamen ut
ipsi nichil in modico quod contingerent, quia si misericordes essent de suo facere deberent magis. Si non possent de terrena substancia,
de voluntate darent hiis qui contra eos forte peccare videntur indulgenciam darent. Dulce siquidem verbum bonum quod est
super datum optimum, ut eorum mentes ad penitenciam provocarent. Demum omnibus quos in peccato esse cognoscerent compassionem
impenderent et oracionem. Alioquin misericordia illorum nulla est et magis compatiuntur nullam. Item sunt qui peccata sua sic confitentur
ut videri possint quasi despecto corde mundatam vero agere. Dicam enim vere confessione lavatur, nisi quod ea que ipsi dicunt sponte
alius ab aliis patienter audire non possunt. Sed si vere mundari desiderarent ut videntur non irascerentur sed haberent eis
graciam qui suas illius maculas demonstraret. Sunt et alii qui si viderint quempiam vel leviter scandalisatum nullo de-
solati sunt quousque eum in pace reducere possint ut videntur pacifici, nisi quod eorum quomodo si forte quid contra eos fuerit dampna re-
videbitur tamdiu vix unquam poterit difficilius quam sedari. Sed minus si vere pacem diligerent haberent dubium quin eam sibi
ipsis quererent. Deargentemus ergo pennas nostras in Christi conversacione sicut et martires sancti laverunt stolas suas in eius pas-
sione. Imitemur et nos in quantum possumus eum qui sic dilexit paupertatem ut cum esset in manu eius omnes fines ter-
re, tamen non haberet ubi reclinaret caput, ita ut discipulos adherentes ei legamus fame compulsos spicas manibus confricasse
cum per sata transirent. Sed quod tamen omnis ad occisionem ductus est et sicut agnus coram tondente se obmutuit et non aperuit os suum,
quod et super Lazarum et super civitatem flevisse et in oracionibus pernoctasse legimus, risisse vero aut letatum fuisse nusquam. Sed sic
esurivit iusticiam ut cum peccata non haberet tamen pro peccatis nostris a seipso exegit satisfactionem. Qui in morte nichil aliud quam iusticiam
siciebat quia pro inimicis suis mori non dubitavit et oravit pro crucifixoribus suis. Qui peccatum non fecit et imposita sibi ab aliis
patienter audivit, qui pro reconciliandis peccatoribus tanta sustinuit. Item sermo quintus de eodem

Duorum itaque hiis qui deargentaverint pennas suas dormiendum inter medios cleros, duos scilicet adventus
Christi. Ubi sit dormiendum non dubium restat quod siquidem adventus medius inter eos in quo delectabiliter dormiunt qui eum
noverunt. Ille duo manifesti sunt, sed non iste. In priore quidem in terris natus est et cum hominibus conversatus est, qui sicut
ipse testatur et viderunt et oderunt. In posteriore videbit omnis caro salutare dei nostri et videbunt in quem transfixerunt.
Medius occultus est in quo soli eum in seipsis vident electi et salve fient anime eorum. In primo ergo venit in carne et in infir-
mitate, in medio in spiritu et virtute, in ultimo in gloria et in maiestate. Per virtutem enim pervenitur ad gloriam quia dominus virtutum
ipse est rex glorie. Et item alibi dicit idem propheta: ut viderem virtutem tuam et gloriam tuam. Adventus siquidem iste medius via quedam
est per quam a primo veniatur ad ultimum. In primo Christus fuit redempcio nostra, in ultimo apparebit vita nostra, in isto ut dormiamus
inter medios cleros requies est et consolacio nostra. Sed ne forte cui inventicia videatur que dicimus de adventu medio, ipsum
audite: Si quis diligit me sermonem meum servabit, et pater meus diliget eum et ad eum veniemus et mansionem apud eum faciemus.
Sed quid est: si quis diligit me sermonem meum servabit? Legi alibi: Qui timet deum faciet bona; sed aliud de diligente dictum sencio plus
quia servabit sermonem. Ubi ergo servandus est? Haud dubium quin in corde, sicut ait propheta: In corde meo abscondi eloquia tua ut non
peccem tibi. Sed quomodo in corde servanda? An sufficit sola corporis servare memoria? Dicit vero sic servantibus apostolus: Sciencia inflat. De-
inde et memoria facile delet oblivio. Sic serva sermonem dei quomodo melius potes servare cibum corporis tui. Nam et ille
panis vivus est et cibus mentis. Panis terrenus dum in archa est potest a fure tolli, potest a mure corrodi, potest vetustate
corrumpi. Ubi vero comederis illum quid horum times? Hoc modo custodi verbum dei. Beati enim qui custodiunt. Ergo tra-
iciatur in viscera quedam anime tue, transeat in affectiones tuas et in mores tuos. Comede bonum et delectabitur cor tuum

et adipe et pinguedine repleatur anima tua. Si sic verbum dei servaveris haud dubium quin ab eo serveris. Veniet enim filius
ad te cum patre veniet propheta magnus qui renovabit ierusalem et ille nova faciet omnia. Hoc enim faciet hic adventus ut sicut
portavimus ymaginem terreni sic portemus et ymaginem celestis. Sicut fuit vetus adam effusus per totum hominem et totum occupavit
ita totum obtineat christus qui totum creavit totum redemit totum et glorificabit qui totum hominem salvum fecit in sabbato. Erat in
nobis aliquando vetus homo prevaricator ille erat in nobis totus in manu et in ore et in corde. In manu duplex per facinus
et flagitium. In ore simplex per arrogantiam et detractionem. In corde quoque per desideria carnis et desideria glorie temporalis. Nunc
autem si qua nova creatura in ipso vetera transierunt et contra facinus in manu innocentia contra flagitium continentia est. In ore
autem contra arrogantiam verbum confessionis contra detractionem verbum edificacionis ut recedant vetera de ore vestro. In corde vero
contra desideria carnis caritas humilitas contra gloriam temporalem. Et vide si non in hiis tribus christum dei verbum recipiat singulus
electorum quibus dictum est Pone me ut signaculum super brachium tuum signum super cor tuum. Et alibi prope est verbum in ore
tuo et in corde tuo etc. In vigilia nativitatis domini sermo primus

Sonuit vox leticie in terra nostra. Vox exultacionis et salutis in tabernaculis peccatorum. Auditum est verbum bonum
verbum consolacionis sermo iocunditate plenus dignus acceptione. Iubilate montes laudem et omnia ligna silvarum
plaudite manibus ante faciem domini quoniam venit. Audite celi et auribus percipe terra obstupesce et lauda
universitas creature sed tu magis o homo. Ihesus christus filius dei in bethleem iude nascitur. Quis tam lapideus corde
est cuius anima non liquefiat in hoc verbo. Quid amabilius dulcius potuit quid delectabilius commendari. Quid tale
umquam auditum est aut simile quid aliquando mundus accepit. Ihesus christus filius dei in bethleem iude nascitur. O breve verbum
de verbo abbreviato sed celesti suavitate refertum. Laborat affectus mellifluue dulcedinis copiam latius effundere ge-
stiens nec inveniet verba. Tanta siquidem est gracia sermonis huius ut gustum incipiat minus sapere si vel unum iota mutavero.
Ihesus christus filius dei in bethleem nascitur. O nativitas illibata sanctitate honorabilis mundo amabilis hominibus collati
magnitudine beneficii investigabilis eciam angelis sacri profunditate misterii et in hiis omnibus admirabilis singulari
excellencie novitatis utpote que nec primam similem visa est nec habere sequentem. O sola sine dolore sola nescia
pudoris corrupcionis ignara non reserans sed consecrans virginalis uteri templum. O nativitas supra naturam et tamen
mirabili excellencia superans et reparans virtute misterii. Fratres generacionem istam quis enarrabit. Angelus nunciat
virtus obumbrat altissimi supervenit spiritus virgo credit fide concipit virgo peperit et manet virgo. Quis non miretur.
Nascitur altissimi filius deus de deo genitus ante secula. Quis non satis miretur. Nascitur denique verbum infans. Quis
vel satis miretur. Nec sane ociosa nativitas aut infructuosa dignacio maiestatis. Ihesus christus filius dei nascitur
in bethleem. Vos qui in pulvere estis expergiscimini et laudate ecce dominus cum salute venit cum gloria. Neque enim sine
salute ihesus neque christus sine unctione neque sine gloria venit filius dei. Siquidem salus ipse unctio ipse gloria sicut scriptum
est. Gloria patris filius sapiens. Felix anima que gustato salutis fructu trahitur et currit in odore unguentorum ut videat
gloriam eius gloriam quasi unigeniti a patre. Respirate perditi venit ihesus querere et salvum facere quod perierat. Morbidi convalescite
venit christus qui contritos corde sanat unctione misericordie sue. Exultate quicumque estis grandia concupiscentes descendit
ad vos filius dei ut regni sui vos faciat coheredes. Ita obsecro sana domine et sanabor salvum me fac et salvus
ero glorifica me et gloriosus ero. Sic nempe benedicet anima mea domino et omnia que intra me sunt nomini sancto eius
cum propiciatus fueris omnibus iniquitatibus meis sanaveris omnes infirmitates meas repleveris in bonis desiderium meum.
Hec tria dilectissimi sapiunt michi cum audio nasci ihesum christum filium dei. Quare enim vocaretur nomen eius ihesus nisi quia
ipse salvum faceret populum suum. Aut quare christus vocari voluit nisi quia computrescere faceret iugum a facie olei. Quare
filius dei factus est homo nisi ut homines faciat filios dei. Voluntati autem eius quis resistit. Ihesus qui iustificat. Quis
est qui condempnat. Christus qui sanat. Quis est qui vulneret. Filius dei qui exaltat. Quis est qui humiliet. Nascitur ergo
ihesus gaudeat quisquis ille est quem propter conscienciam peccatorum dampnacionis reum adiudicabat sentencia peccatorum. Excedit quippe pietas
ihesu omnem criminum quantitatem seu numerositatem. Nascitur christus letetur quicumque viciis impugnabatur antiquis siquidem ante
faciem unccionis christi nullus omnino poterit stare morbus anime quolibet inveteratus. Nascitur filius dei exultet qui magna solet
desiderare quia magnus munerator advenit. Fratres hic est heres devote suscipiamus eum sic enim et hereditas nostra
erit. Qui enim proprio filio non pepercit quomodo non omnia simul nobis cum filio donavit. Nemo diffidat nemo hesitet. Habemus testimonium
credibile nimis. Verbum caro factum est et habitavit in nobis. Fratres habere voluit unigenitus dei ut esset primogenitus in multis fratribus.
Ipse utique nichil hesitet pusillanimitas fragilitatis humane. Prius ipse frater est hominum factus. Factus est hominis filius. Factus est homo
et homo indicat homo incredibile. Fide astruunt omnia. Ihesus christus filius dei in bethleem nascitur iude. Non in ierusalem
civitate regia sed in bethleem que minima est in milibus iuda. O bethleem parva sed iam magnificata a domino. Magni-
ficavit te qui factus est in te parvus ex magno. Letare bethleem et per omnes vicos tuos festivum hodie alleluia
cantetur. Que tibi civitas si audiat non invideat preciosissimum illud stabulum et illius presepii gloriam. In universa
siquidem terra iam celebre est nomen tuum et beatam te dicent omnes generaciones. Utique gloriosa dicuntur de te civitas dei.

ubique psallitur quia homo natus est in ea et ipse fundavit eam altissimus. Ubique mihi clamatur ubique praedicatur quia christus Iesus filius dei in bethleem iude nascitur. Nec otiosum quod additur iude. Hoc quidem admonet nos eius quae ad patres facta est repromissionis. Non auferetur inquit sceptrum de iuda et dux de femore eius donec veniat qui mittendus est. Ipse erit expectatio gentium. Salus quippe ex iudeis, sed salus usque ad fines terrae. Iuda ait te laudabunt fratres tui, manus tue in cervicibus inimicorum tuorum. Quae de iuda illo minime legimus, sed in christo videmus impleta. Ipse enim leo de tribu iuda. De quo et additur: Catulus leonis iuda, ad praedam inquit fili mi ascendisti. Magnus praedator christus qui prius quam sciret vocare patrem aut matrem samariae spolia rapuit. Magnus praedator qui ascendens in altum captivam duxit captivitatem nec tamen abstulit quicquam, sed magis dedit dona hominibus. Has itaque et ceteras plures prophetias impletas in christo de eo sequimur et veritas ad metas revocat quod dicitur bethleem iude. Nec enim querere est utrum a bethleem bonum aliquid possit esse. Sane quod ad nos spectat discamus etiam ex hoc quemadmodum suscipi velit qui in bethleem voluit nasci. Erat enim qui forte et sublimia quaedam arbitraretur esse palatia ubi cum gloria rex gloriae susciperetur. Sed non propter hoc in regalibus sedibus venit. In sinistra eius divitiae et gloria in dextera eius diuturnitas vitae. Horum omnium aeterna in caelis affluentia suppetebat. Sed paupertas non inveniebatur in eis. Porro in terra habundabat haec species et nesciebat homo pretium eius. Hanc itaque filius dei concupiscens descendit ut eam eligat sibi, et nobis quoque sua aestimatione faciat pretiosam. Adorna thalamum tuum syon, sed humilitate, sed paupertate. In his pannis complacet sibi, et maria testimonium perhibente. His delicietur involutus. Abhominationes egyptiorum ymola deo tuo. Considera denique quod in bethleem iude nascitur, et sollicitus esto quo in bethleem iude invenias. Etiam ne in te quidem suscipi dedignatur. Bethleem quidem domus panis, iuda sonat confessionem. Tu ergo si divini verbi pabulo repleas animam tuam fideliter quidem et si non digna etiam quanta potes devotione suscipias panem illum qui de celo descendit et dat vitam mundo, videlicet dominicum corpus Iesu, ut veteris corporis tui illa nova resurrectionis caro reficiat et sustineat, quod novum quod intus est vinum. Hoc solidatum glutino valeas continere. Si denique ex fide vivas et nequaquam gemere oporteat quia oblitus sis comedere panem tuum, bethleem factus es et plane susceptione dominica. Si tamen confessio non defuerit. Sit proinde iudea sanctificatio tua. Ita confessionem et decorem indue quam maxime stolam in ministris suis christus acceptat. Denique breviter commendat apostolus utrumque: Corde creditur inquit ad iustitiam, ore autem confessio fit ad salutem. Iustitia siquidem in corde panis in domo est. Enim iustitia panis. Et beati qui esuriunt et sitiunt iustitiam quoniam ipsi saturabuntur. Sit ergo in corde iustitia et iustitia quae est ex fide, haec sola enim gloriam habet apud deum. Sit etiam in ore confessio ad salutem et securus iam suscipe eum qui in bethleem iude nascitur dominum nostrum Iesum christum filium dei.

Sermo 2us in vigilia Nativitatis Christi

Hodie scietis quia veniet dominus et mane videbitis gloriam eius. Denique terrigenae et filii hominum audite vos qui in pulvere estis expergiscimini et laudate quia veniet medicus dominus ad egrotos, redemptor ad venditos, ad errantes via, ad mortuos vita. Veniet quippe qui proiciet in profundum maris peccata nostra, qui sanet omnes infirmitates nostras, qui nos propriis humeris ad propriae dignitatis reportet originem. Magna est ista potentia, sed plus est miranda misericordia quod sic venire voluit qui aliter potuit subvenire. Hodie inquit scietis quia veniet dominus. Verba haec suo quidem loco et tempore in scriptura posita sunt. Sed non incongrue illa vigilia dominice nativitatis ecclesia mater aptavit. Ecclesia inquam illa quae secum habet consilium et spiritum sponsi et dei sui, cui dilectus inter ubera commoratur ipsam cordis sedem principaliter possidens et confirmans. Haec ipsa est quae vulnerat cor eius et in ipsam abyssum secretorum dei oculum complexionis immisit ut et illi in suo et sibi in eius corde perhenne faciat mansionem. Cum ergo scripturarum divinae verba vel alterat vel alternat, fortior est illa compositio quam positio prima verborum. Et fortassis tanto fortior quantum distat inter figuram et veritatem et inter lucem et umbram et inter dominam et ancillam. Hodie scietis quia veniet dominus. Secundum aestimationem meam duo sunt dies qui in verbis istis nobis expressius commendantur. Primus quia primum hominis lapsu labitur usque ad finem mundi. Dies tamen ista saepius maledixisse noscitur. Ab illa enim lucidissima die in qua conditus fuerat vetus adam eiectus et in has terrae coactus angustias diem tenebrosum meruit, paene a luce vite exclusus. In hac die nascimur vivimus, si tamen dies est et non potius nox nominari, nisi quod lumine rationis quaedam scintillula nobis inseparabilis illa nimirum dereliquit. Secunda vero dies erit in splendoribus sanctorum in perpetuas aeternitates cum inclaruit illud sempiternum mane, cum est nimirum repressa et absorpta erit mors in victoria, cum dimotis umbris et tenebris splendor veri luminis surget et deorsum intus et extrinsecus cuncta prorsus occupabit. Auditam fac mihi mane misericordiam tuam ait sanctus et repleti sumus mane misericordia tua. Sed ad istam diem venturus quem tempus custodia in nocte pro sui brevitate dicitur qui tempus vinculum et mane et ab illo familiari sancti spiritus organo nominatur cum dicit: Dierum omnium dies mei defecerunt et defecerunt sicut fumus dies mei. Sicut umbra declinaverunt. Parvi et pauperes sunt omnes dies vitae meae ait ille sanctus propheta qui vidit dominum facie ad faciem, qui cum eo familiariter loquebatur. Et quia in hac

ipa die bonu ds pstat tom bbnt intelligencia. Sz nte est ut gcemite desst modo illmet lume ste sue ne ss de ie-
mo carcis et vmb mortf gstructis gcereit illuiar no valeat metum Ido vngentis sl msde tq imenst et
pelari luic cereus · Eius modi carnem illuiata est et attensa vt os qui illuiari volunt ad illud accedant
illi qr nigrant et nichil st mediu int ipm et ipos · Peta em nra separat nos et deu · Sz sublatis illis · vos
lme illuiandi et gcorpandi gnectim i idipm Sic lucern gstructu lumi lucenti et ardenti sui ago medio
qiugit ut illuiet qs p gcen visibilium effectus vere invisibilium cognoscas Ideo sicut q tam magnum et pfulgens
vsum voluntatis habentes Illi passione luget Xpc ex compassione Illi ingemiscunt graui que est super omnes filios ade
Xpc filiorum ade peccata deplorat Et certe pro quibus nunc lacrimas fundit postea fundet et sanguinem O duricia cordis
mei vtinam deus sicut verbum caro factum est ita cor meum fiat siquidem et hoc pollicitus es per prophetam Auferam inquit
a vobis cor lapideum et dabo vobis cor carneum Sciens lacrime Xpi michi pudorem pariunt et dolorem
ludebam ego foris in platea et in secreto regalis cubiculi super me ferebatur iudicium mortis Audiuit hoc
vnigenitus eius deposito dyademate sacco vestitus exiit aspersus cinere caput nudus pedes flens et eiulans
quia morte dampnatus esset famulus eius Intueor illum subito procedentem stupeo nouitate causam percunctor et
audio quid factum sit adhuc ne ludam et deludam lacrimas eius Plane si insanus et inops sum mentis
non sequar eum nec sic cum lugente lugebo Ecce vnde mihi pudor et dolor et timor mihi Vtique ex consideracione
remedii periculi mei estimo quantitatem Nesciebam sanguinem videbam et ecce mittitur filius virginis filius dei
altissimi et iubetur occidi vt vulnibus meis preciosi sanguinis illius balsamo medeatur Agnosce homo quam grauia
sunt vulnera pro quibus necesse est Xpm dominum vulnerari Si non essent hec ad mortem et mortem sempiternam nunquam pro
eorum remedio dei filius moreretur Pudet itaque dilectissimi tam negligenter dissilire passionem cum tanta a maie
state exhiberi video compassionem Compatitur filius dei et plorat homo patitur et ridebit Sic et medicine esti
macio etiam doloris nec et timoris exaggeracio est Vnum si diligenter obseruantur precepta medici erit etiam consolacionis
occasio Sic enim grande agnosco morbum cui tanta apponitur medicina sic ergo hec ipso non incurabilem esse co
gnosco Neque enim superfluas expensas fecisset summus et medicus sapiens ymmo ipsa sapiencia Porro fecisset inferius constat
si absque eis facilis esset curacio sed multo magis si et cum eis esset impossibilis Animat itaque ad penitenciam et ac
cendit vehementer desperatum spes concepta Bene accedit ad consolacionem ipsa que pastoribus exhibita est

visitatos et allocutos angelorum. Ve vobis divites qui habetis consolacionem vestram ut iam non meamini habere celeste. Cum
multi enim nobiles sint in terra, quam multi potentes, quam multi sapientes, huius sunt illa hora in stratis mollibus quiescebant,
et nemo illorum dignus est habitus videre lucem novam sive illud magnum gaudium, angelos audire cantantes Gloria in excelsis
deo. Agnoscant ergo homines quod qui in labore hominum non sunt, visitari ab angelis non merentur. Agnoscant quam placeat tumidis
superius labor, cuius spiritualis intencio est, quam quidem et eos qui per virtutem corporalem vigente necessitate laborant, suo dignatur
alloqui tam familiari alloquio. Pauperum hucusque in eis cognoscitur ordine quod constituit ut in subiectis voltis sui vestiatur
pane suo ad ea. Obsecro vos dilectissimi, considerate diligenterque quantum fecit deus per meam exhortacionem et salutem ne in
pane suo ab ea. ... sermo fidelis et omni accepcione dignus sermo non tam oris quam operis ... pu-
ritatis vestre inveniatur, sermo tam vivus et efficax, sermo fidelis et omni accepcione dignus, sermo non tam oris quam operis. Pu-
tatis fratres parum molestum esse si hoc ipsum verbum quod nunc loquor ad vos tantum et sine aliqua utilitate depu-
tatis fratres parum molestum esse si hoc ipsum verbum quod nunc loquor ad vos tantum et sine aliqua utilitate deputa-
in cordibus vestris nossemus. Et quis sum ego a quo est hic sermo meus, si hunc tabellum vocis laborem vobis inutilem
esse dolet. Hoc pusillum immo et inutile, quomodo indignabitur dominus maiestatis si tanta eius opera aut dominica aut
neglecta contingat evacuari. Salutat hic a similis sermo qui pro eorum salute induere dignatus est formam servi. Unigenitus
dei patris qui est super omnia benedictus in secula amen. Item de eodem festo Nativitatis Christi sermo tercius

Agnoscite fratres dilectissimi quanta sit hodierna solempnitas, cum et dies brevis et etiam latitudo angusta loco
parvi et tempore dilatatur. Nocte preoccupat celum, replet antequam terra. Nox enim ut dies illuminata est cum in
tempeste noctis hora circumfulsit pastores lux de celo. Et ut noveritis quo in loco solempnitas huius re-
perit gaudia celebrari, quod iam angelus cantans fuit tunc omni populo gaudium annunciat. Sed et confestim adest pro divinis
personis laudibus celestis exercitus multitudo. Hinc est quod solempnis ducitur nox ista per totius ymnis et canticis spiritualibus
et hiis potissimum vigiliis sine ulla hesitacione credendum est celestes illos principes presentes convectos perpulchris
in medio iuvencularum tympanistriarum. Et quam multa hodie gemmis et auro fulgent altaria, quanti ubique palliis pa-
rietes adornantur, putas ad hec dignentur angeli et pannosos homines declinabunt. Si ita est cur pastoribus ovium
magis apparuerunt quam tunc regibus quam sacerdotibus templi. Cur et ipse salvator cum est auro parvi et argentum spernat,
in suo corpore dedicat paupertatem. Aut etiam cur paupertas ista tam sollicite enarratur ab angelis. Neque enim sufficit
eius narracione misterium pannis salvator involvitur et ponitur in presepio, quod id manifeste in signum nobis commendatur
ab angelis. Hoc inquit vobis signum. Invenietis infantem pannis involutum. In signum positi sunt panni. Tu domine Ihesu
sed in signum cui a multis usque hodie contradicitur. Multi quippe vocati sed non multi electi et iam non signati. Agnosco
etiam agnosco Ihesum magnum sacerdotem sordidis vestitum vestibus dum altercaretur cum dyabolo. Recentibus septuaginta loquitur,
et quibus non ignota est prophetia visio Zacharie. Ubi non exaltatum est caput meum super inimicos meos et hoc
plane mutavit vestem, decore induit amictusque lumine sicut vestimento. Hominem dedit nobis ut et nos eadem faciamus
utilior sequimus in conflictu lorica ferrea quam stola linea licet illa sit operi. Erit tunc et membra sequentur caput
ut corpus iam unisit vero psallat spiritu et dicat: Conscidisti saccum meum et circumdedisti me leticia. Invenietis
inquit infantem pannis involutum et positum in presepio. Et post pauca venerunt inquit cum festinantes et invenerunt
Mariam et Ioseph et infantem positum in presepio. Tamen est quod ab angelis commendari videtur humilitas. Nec tamen
solum a pastoribus inveniri. Fforte specialius commendat angelis humilitatem qui mentibus illius per superbiam ipse in humilitate
stetisset. Aut etiam propterea celitus annunciatur humilitas, quod hec quasi prima virtus divine exhibenda sit maiestati sola
tamen non potuit inveniri quia superbis gratiam dat humilibus. Invenerunt ergo Mariam et Ioseph et infantem positum in presepio.
Sicut enim salvatoris infancia manifeste pretendit humilitatem sic per virginem continencia iusticia per Ioseph
virum iustum cuius laus est in evangelio non mediocriter designatur. Sane continencia deberi carnem quis nesciat.
Iusticia vero virtus est, quod suum est cuique tribuens. Et hec erga proximos est necessaria. Porro humilitas deo facit esse
subiectos, deo placet in nobis sicut ait virgo beata: Respexit deus humilitatem ancille sue. Itaque qui for-
nicatur in corpus suum peccat. Cum iniuriosus est in proximum cum extollitur in deum. Fornicator ac scipsum de-
honestat, iniuriosus molestat proximum, elatus quantum in se est deum inhonorat. Gloriam meam ait dominus alteri non
dabo. Et superbus ego inquit eam, licet mihi non debetur, usurpabo. Hec enim placet ea angelica distribucio: Gloria
in altissimis deo, pax hominibus. Ideo ergo tollit deum sed adversus deum extollitur impius et infidelis. Hec enim pietas
nisi cultus dei. Eius vero deum colit nisi qui voluntarie ei subditus est, et sic ordo sincere in manibus divine sincere
ita ordo eius cordis ad dominum deum suum. Ut ergo in nobis inveniantur Maria et Ioseph et infans positus in
presepio, sobrie pie et iuste vivamus in hoc seculo. Propter hoc enim apparuit gracia dei erudiens nos. Et propter hoc quod
gloria dei apparebit. Sic enim habes: Apparuit gracia dei omnibus hominibus erudiens nos ut abnegantes omnem impietatem
et secularia desideria sobrie et iuste et pie vivamus in hoc seculo expectantes beatam spem et adventum glorie

magnum dei. Apparuit in parvulo gratia ad eruditionem sed hic erit magnus sicut de celo gabriel locutus est, et quos parvulos
erudit ad humilitatem cordis et mansuetudinem magnificabit per modum et glorificabit magnus et gloriosus adveniens.

Benedictus qui venit in nomine domini deus dominus et christus ihesus dominus noster. [Item sermo eorundem festo Natalis sancti Stephani etc.]
et illuxit nobis. Benedictum nomen glorie eius quod est sanctum. Neque enim otiose venit quod ex maria natum est
sed tam copiose diffudit et gloriam et nomen vel gratiam sanctitatis. Denique inde stephanus sanctus, inde iohannes
sanctus, inde etiam sancti innocentes. Utili proinde dispositione temporis ista sollempnitas natale domini comitatur, ut non modo
inter continuas sollempnitates devotionis continua perseveret, sed et fructus dominice nativitatis. Unde nobis velut ex quadam
presentione evidentius innotescat. Siquidem advertere est in hiis tribus sollempnitatibus triplicem quandam speciem sanctitatis, nec facile
puto preter tria genera sanctorum quartum aliud in omnibus posse arbitror reperiri. Habemus in beato stephano martirii simul et opus
et voluntatem. Habemus solam voluntatem in beato iohanne. Solum opus in beatis innocentibus. Biberunt omnes hii calicem salutaris
aut corpore simul et spiritu aut spiritu solo aut corpore solo. Calicem quidem meum bibetis, ait dominus iacobo et iohanni, nec
dubium quin de passionis calice loquitur. Denique cum petro diceret sequere me, evidenter eum ad imitationem provocans
sue passionis. Conversus ille vidit discipulum quem diligebat ihesus sequentem, non tamen gressu corporis quam prompte devo-
tionis affectu. Et bibit ergo iohannes calicem salutaris et secutus est dominum sicut petrus, et si non eodem sicut petrus
modo. Cum enim sic mansit et non etiam corporea dominum sequitur. Dominum fuit consilium sicut ipse ait. Sic eum volo manere donec
veniam. Quasi diceat: volebat quidem et ipse sequi, sed ego sic eum volo manere. At vero de innocentium coronis quis dubitat?
Ille proposito teneritudinis infantes inter martires dubitat coronari, qui regeneratos in christo non credit inter adoptionis
filios numerari. Alioquin quomodo coevos sibi pueros puer ille qui natus est non contra nos, pro nobis sed patitur occidi, quod utique
solo nutu potuit prohibere, nisi melius aliquid eis provideret. Ut quemadmodum ceteris infantibus tunc quidem circumcisio, nunc vero
baptismus sine ullo proprie voluntatis usu sufficit ad salutem, sic susceptum nichilominus pro eo martirium sufficiat illis ad sanctitatem.
Si queris apud deum eorum merita ut coronarentur, quere et apud herodem crimina ut trucidarentur. Nam forte pro innocen-
pietas quam herodis ut ille quidem potuit innoxios dare neci, christus non potuit pro quibus se occisos coronare. Sic ergo ste-
phanus martir apud homines cuius voluntaria passio evidenter apparuit in eo vel maxime quod in ipso mortis articulo pro
persecutoribus quam pro ipso sollicitus, ne gerit ampliorem vinceret quam in eo spiritum corporee passionis, miseri compassionis affectus,
ut illorum magis scelera quam sua vulnera plangeret. Sed iohannes apud angelos martir quibus tamen spiritualibus creaturis spiritualia
sua devotionis eius signa tunc innotuerunt. Tertii vero sunt plane martires qui deo ut deus quibus nec homo nec angelus
meritum invenit singularis tue prerogativa gratie evidentius commendetur. Ex ore infantium et lactentium perfecisti laudem.
Gloria in excelsis deo, dicunt angeli, et in terra pax hominibus bone voluntatis. Magna quidem sed audeo dicere necdum per-
fecta laus, donec veniat qui dicat: Sinite parvulos ad me venire, talium est enim regnum celorum. Et pax
hominibus etiam sine voluntatis usu in sacramento pietatis. Considerent hec qui de voluntate et opere contentiose solent
disputationibus contendere. Considerent ut advertant neutrum negligi oportere ubi non videtur deesse facultas, preter
tum utrumque sine altero ubi eorum facultas deest, nec non salutem conferre posset, sed etiam sanctitates etc. Tu hec quam firmiter
teneat preesse quidem opus sine voluntate. Non autem contra voluntatem, ut inde salvantur, inde magis dampnentur.
Fiete accedentes. Nichilominus sane in quibusdam voluntas sine opere sufficiens, non autem contra opus ubi in rapitur quibus
in voluntate sed necdum perfecta necdum ydonea martirium sustinere. Quis ille audeat per hac imperfectione negare sa-
lute forte aut contra non sunt in illa genere temptationum veniens ne deficiat et dampnetur. Denique si contra hac
tamen infirma voluntate inducitur ad ne in eam que supra ipsum est temptationem quam nec voluntas roboratur quibus
illum dubitet defecturum negaturumque et si in eo contigit mori etiam condempnandum. Qui enim erubuerit me coram hominibus
erubescam et ego eum coram angelis dei ait dominus. Sed in ea quam imperfecta voluntate in qua salvatur ubi deest facul-
tas operis vel opus defectionis. Idem enim et ignorantia posset accidere. Simulentur proinde caritate et sectem-
bona fratres mei nec infirmitatis nec ignorantie peccata ullo modo parum pendentes, magis autem solliciti et timorati
agamus gratias benignissimo et largissimo salvatori qui humane salutis occasiones tam copiosa caritate persequitur ut
in hiis voluntatem et opus, in hiis sine opere voluntatem, in hiis etiam sine voluntate opus salutis invenire letetur.
Sed est enim vita etiam ut cognoscant patrem verum et quem misisti ihesum christum. Qui cum vivis cum eo et spiritu sancto verus deus. ¶ Super omnia vidi et iam sola anime. [De circumcisione]

In circumcisione domini fratres habemus quod amemus et amitemur. ¶
habemus etiam quod imitemur. Patet in ea magnum dignationis officium unde gratias agamus, latet aliquid clausum
quod in nobis implere debemus. Venit namque dominus pro nobis non solum redimendos sanguinis effusione sed et docen-
dos verbis et exemplis nichilominus instruendos. Sic enim penitus erat inutile via sancte si deberemur in terre

Ita redimi non poterit si vice ignorantes qui primus incurrerit prius inducat in carcerem retrudendos. Itaque in maiori quidem etate
pacie et humilitatis et super omnia caritatis certamen quod virtutum maiestate dedit salvator exemplar. In infancia non signis. Sed aucupi
ad hec difficienda veniam. Deleat aliquando parvus de tanta et tam maiestate dignacione loqui. Loquuntur angeli gloriam puritatis
et pressuram. Nec nos enim sine gloria videri gloriam eius gloriam quasi unigeniti a patre gloriam inquam et affectus vere gloriam paternis pre-
dentis quod corde paterno et prima plane viscera possidentis. Omnes enim peccaverunt aut apostolus et egent gloria dei. Et alio loco
michi autem absit gloriari nisi in cruce domini nostri ihesu christi. Quid enim nos gloriemur quod quasi tanti estimavit nos deus. Sed vere maior
gloria quod tanta dignacio et benignitas tanta eo quod tam dulcissima quod gratuita. Illa pro impiis mortua est. Videte quantum
fecit et pro qualibus ut non superbiatis quantum ne desperemus propterea ut inveniamus non spiritum huius mundi sed spiritum qui ex
deo est et sciatis que a deo donata sunt vobis. Nolite obsecro fratres sicut equus et mulus quibus non est intellectus. Quid autem ut iumentum
factus sum apud te et ego semper tecum. Illa enim iumenta cognoscunt possessorem suum et presepe domini sui in quo positus est eis
puer parvulus in fenum. Ipse qui panis est angelorum. Ipse enim est panis vivus. De quo vivere debuit homo. Sed quia homo iumentum factus
est et panis factus est fenum ut vel sic vivat de deo et huius quidem mutacionis sacramentum die natalis celebratum est quo
verbum caro factum est cum sit omnis caro fenum. Ipsa ergo die nunciatum est ab angelis et hinc inventum est ut homo. Hodie
vero mirabilius audio aliquid. Iam mutatus est multo minus ab angelis qui non solum formam hominis sed formam sed peccatoris
et insigne velut quoddam cauterio latronis. Quid est enim circumcisio nisi superfluitatis et peccati indicium. In te domine ihesu
quid est superfluum quod circumcidatur. Nonne tu deus verus et de deo patre homo verus sine omni peccato de virgine matre. Quod fa-
cietis circumcidentes eum putatis quod possit super eum cadere illa sua rasorium cumque propter eum eo non fuit circumcisa. Peribit
anima illa de populo meo. Quare oblivisceris pater filii uteri sui. Aut non cognosceret eum nisi signum circumcisionis haberet. Ymmo vero
si quo posset eum non agnoscere filium suum in quo ei bene complacuit. Hoc maiore signo poterit ignorare eum. Inventa
in eo circumcisione quasi peccatoribus ipse pendeat ob purgacionem utique delictorum. Sed quid mirum si caput pro membris accepit
circumcisionem quam tamen in se ipso non haberet utique racionem. Nonne et in membris nostris sepe pro unius infirmitate alteri adhibetur curacio
dolet caput et in brachio fit tortura. Dolent renes et in tibia fit. Ita hodie pro toto corpore puer hic cauterium quoddam
suspicionem est in capite. Denique quid mirum si pro nobis dignatus est circumcidi pro quibus dignatus est mori. Totus siquidem michi datus est
et totus in meos usus expensus est. Ego enim audiens quod descendit in carcerem filius magni regis cepi altius gemere
et inhabilius conclamare deus fili dei miserere mei. Sit ille sic benignissimus quod non est minus flatus iste et ululatus quem
audio. Et dicatur ei. Ipse est adam proditor ille qui propter me crudeli fecit in carcerem. Dominus cogitet quibus supplicans
faciat illum intrare. Quid agere cum non bonitas tua proprium est miseri propter et parcere. Descendit in carcerem venit ut
educat vinctum de carcere. Iudei vero non in incolis aditum qui oderunt pacem. Conterent illud in filium. Non et ipse ait. Pa-
cem oderunt me et pacem meam. Quod ergo fecerunt impii quibus gravis erat eciam ad videndum. Hic est heres venite
occidamus eum. Hic ergo occideret agnum dei in sua quidem pernicie sed in nostram salutem. Ille enim sanguine agni sufficit nobis
aspersi et bibimus illud. Accepimus calicem salutaris et calix inebrians quam preclarus est. Sic ergo unde gratias agimus. Iam ante
paucos dies celebravimus adventum eius in carcerem huius mundi in die natalis. Hodie vero celebramus quod catthenas nostras
et vincula suscepit hodie quia peccatum non fecit ut eos absolveret qui innoxias manus eius catthenis miserunt. Hodie
sub lege factus est qui legem dedit. Sed dignum est iam quod in hac circumcisione nobis spiritualiter indicetur agendum.
Neque enim sine causa in lege preceptum neque sine causa impletum est in domino ut octava die fieret circumcisio. Sed quod cognovit
sensum domini aut quis consiliarius eius fuit. Adsit nunc nostris desideriis advocatus spiritus qui scrutatur alta dei et disserit
sensum domini aut quis consiliarius eius fuit. Nolo ignoras iam oportere hominem nasci denuo. Nam propter hoc scilicet natus est filius
nobis sanctum istud sunt octave diei. Non ignoras iam oportere hominem nasci denuo. In peccatis siquidem nascimur omnes et nunc homines renasci in gracia qua in baptismate quidem accepimus sed hec totum
dei. In peccatis siquidem nascimur omnes et nunc homines renascimur in gracia qua in baptismate quidem accepimus sed hec totum
perit in seculari vita. Nunc primum infante deo virtus gracie in nobis operatur ut in novitate vite ambulemus. Ergo
nascitur homo quando sol iusticie ortus in ea peccatorum illustrat tenebras horrendas quod deum medicum intimus obtulitus
offert. Addens ad intrinsecus vinculum brevem dierum numerum et sine metu. Hec plane est vespera ad quam demorabitur
fletus et nunc est adhuc matutini leticia ut auditam faciat nobis mane misericordiam suam. Sic enim fit vespere et mane dies unus
est autem dies ista iusticie reddens unicuique quod suum nobis miseria mane deo. In hac die puer nascitur qui ex deo genitus
est. Ad amorem pure ad odium peccati aliquam excitat. Sed periculosum est si forte velit ut mox secundum tunc illas agere penitus
quod de priori ad amorem puram ad odium peccati aliquam excitatur. Alii vindique exemplis peccatorum ad peccatum alliciat. Alii adulacionibus in vana
vobi nisi alii venenatis persuasionibus alii undique exemplis peccatoribus ad peccatum alliciat. Alii adulacionibus in vana
gloriam. Alii detraccionibus in impacienciam animum eius deiciat. Procedat iam nunc est prudencie undique circumdat gratitudo et quasi
in importunas pessimum in hac generacione importunitatibus et occasiones peccati offerat mundus et ingerat quod debilis sit ad
illas huiusmodi aliquam maiorem quam in peccati consuetudine sit inutilis. In hac ergo die prudencie eligat de puteo secedo
neque fugere de cum propheta odivi ecclesiam malignancium et cum impiis non sedebo. Sed nondum sufficit hoc. Sed fortasse enim hec
eligere solitudinem non satis attendens propriam infirmitatem et periculosam dyabolicam luctam. Quid enim periculosius
quam solus luctari contra antiqui hostis versucias a quo videatur et quem videre non possit. Itaque iam necesse est fortitudine die.

ut nomen custodiendum ad dominum fortitudinem et in acie quidem militum periculosum pugnaturum esse quemquam ubi tot auxiliarii quot
socii tales qui dicere possint cum apostolo quia non ignoramus astucias eius. Congregacio enim quasi fortitudine sua terribilis est
et castrorum acies ordinata. Ve autem soli quia si ceciderit non habet sublevantem. Quis si unquam quos antiquus predo hostis gratiam
confessam audivimus non concedit temere se committere huic periculo nisi forte temptare deum sit et magister noster de anachoritis
loquens. Cum non presumamus magis furore novicios etc. In hac itaque fortitudine dicit ad id quod incipiat in omni ceteras
malignancium ecclesia addit quod sequitur: Lavabo inter innocentes manus meas. Unum tu elegit esse in congregacione militum magis
magis elegit esse magister quam discipulus fuit et docere quod numquam didicit. Et quo aut in se aut in aliis motus incidentes
poterit temperare. Nemo carnem suam odio habuit. Quid ergo iam putatis si magister similis fuit iste qui facile et aliquando cum apostolo
quo similitudinis condescendat. Illucescat ergo dies temperancie et quatiat quo temperari et refrenari possint incontinentes
motus voluptatis, bestiales motus curiositatis et temerosi motus elacionis sue. Eligat abiectus esse in domo
dei sui et subiectus esse magistro suo sub quo frangatur eius voluntas et obediencie freno concupiscencia reprimatur. Sic fit
quod ait propheta: Imposuisti homines super capita nostra. Nec dedignaberis homo quod prestitit in domino. Neque enim est homines
maior domino suo. Ille enim cum iam crevisset etate et sapiencia et gratia apud deum et homines, cum iam duodecim annorum esset
et remansisset in ierusalem inventus a beata virgine et a ioseph cuius filius putabatur in medio doctorum audiens illos et
interrogans, tamen descendit cum illis et erat subditus eis. Sed iam tibi in ipsa obediencia via aliqua vel fortassis dura et
aspera occurrere potest ut accipias mandata precepta nonnulla que licet salubria sunt minus tamen videntur suavia. Hec si
moleste ceperis sustinere, si diiudicare prelatum, si murmurare in corde, etiam si exterius impleas quod iubetur non est
hec virtus paciencie sed velamen malicie. Necesse est ergo ut illucescat dies paciencie per quem omnia dura et aspera tacita am-
plectaris conscientia, te magis diiudicas et durius argues cum minus displicet que ad salutem sunt et in cogitacione
tua semper preter magistrum quo ad potes adversus temetipsum inveharis, te in omnibus accusare, illum magis in omnibus excusare la-
bores. Porro iam in hoc loco cavendum tibi arbitror a superbia. Magnum est enim se vincere semetipsum. Melior est
ait salomon paciens viro forti et qui dominatur animo suo expugnatore urbium. Considera denique quam manifeste
propheta doceat necessarium esse humilitatem post pacienciam dicens: Verumtamen deo subiecta esto anima mea quoniam ab ipso paciencia
mea. Bone videtur hic ordine paciencie temptacionem sensisse superbie. Necesse est ergo ut illucescat cor tuum radius
humilitatis et declaret quid a te sit ut non altum sapias quoniam deus superbis resistit humilibus autem dat graciam.
Iam vero cum in hiis omnibus fueris exercitatus, roga dari tibi lumen diei septimi et sabbatum mentis in quo tamquam
emeritus miles in laboribus vivas absque labore dilatato nimirum corde currens viam mandatorum dei ut quod
prius cum amaritudine et coactione tui spiritus faciebas deinceps iam cum summa dulcedine peragas et delectacione.
Hanc ni fallor graciam petebat qui aiebat: Remitte michi ut refrigerer. Post dicat [illegible] in sudore et dolore
isto [illegible] et morte afficiat tota die. Remitte michi ut refrigerer. Unde quidem et ad hanc perfectionem pauci ni fallor
perveniunt in hac vita. Neque enim si quis aliquando videtur hanc hic continuo constat quod necesse est maior si nonnullus est
nec ad perfectos ascendit gradus. Pius enim dominus pusillos corde blandiciis talibus solet allicere. Sed noverint quod humores
sunt graciam hanc prestitam sibi esse non datam ut in die bonorum meliores sint malorum et in die malorum meliores
sint bonorum. Longe aliter qui perfecti sunt hic devocionis huius felici iocunditate fruuntur. Sed multi tota
vita sua ad hoc tendunt et numquam pertingunt quibus tamen si pie et perseveranter conati sunt statim ut de corpore exierint
redditur quod in hac vita dispensatione est negatum. Illuc perducere eos sola gracia quo prius tendebat ipsi cum gracia.
ut consummati in brevi tempora multa compleant. Illis vero qui ad hanc devocionis gradum perveniunt omnino videtur restare
periculum et omnino timendum eis a demonio meridiano. Ipse enim sathanas transfigurat se in angelum lucis. Hic ergo timendum
ei qui tanta delectacione omnia facit ne dum sequitur affectionem corporis destruat per immoderatam affectionem. Sed denique
necesse habeat non sine magno spiritualis profectus detrimento tanta debilitati circa corporis occupari. Ergo ne incurrat
quis incidat, illuminari necesse est luce discrecionis que mater virtutis est et consummacio perfectionis. Hec nimirum docet quid
nimis. Atque hec est octava dies in qua circumciditur puer quia discrecio vere circumcidit ut non plus nec minus fiat.
Ita et qui nimius est fructum boni operis abscidit non circumcidit sicut qui tepidus est et minus facit. In hac ergo die
nomen imponitur et nomen salutis. Nec de eo qui sic agit dubitem dicere quod suam ipsius salutem operatur. Ipsi ad hoc
enim die prius dicere angeli qui noverunt corpora celestia secta. Sed ego nunc primum ei fiducialiter nomen salutis impono.
At omnino vos quia rara avis est in terris huius discrecionis locum in nobis fratres suppleat virtus obediencie. Nichil plus,
nichil minus, nichil aliter quam imperatum est faciatis.

In epiphania domini

Apparuit benignitas et humanitas salvatoris nostri dei. Gracias deo per quem habundat consolacio nostra in hac
peregrinacione in hoc exilio in hac miseria. Curavi hiis namque sepius vos amonere curavimus ut numquam mente
excidat peregrinos nos esse longe factos a patria, pulsos hereditate. Quemsibi enim desolacio non novit
nec consolacionem agnoscit. Porro [illegible] enim consolacionem ignorat necessariam, superest ut non habeat dei graciam. Unde e

quia homines huius seculi negotiis et flagiciis implicati diu miseriam non senciunt, non attendunt misericordiam. Vos quibus non fu-
it dictum est Vacate et videte quoniam ego sum deus. Et de quibus idem propheta virtutem operum suorum annunciat populo suo.
Vos inquam quos non debent occupare seculares [illegible], attendite quenam sit consolacio spiritualis, vos qui non ignoratis consilium
audite quia de celo venit auxilium. Apparuit enim benignitas et humanitas salvatoris nostri dei. Prius quam enim appareret
humanitas latebat benignitas. Sed quidem et prius erat. Quia et misericordia domini ab eterno est. Sed unde tanta cognosci poterat?
Promittebatur sed non senciebatur, unde et a multis non credebatur. Multiphariam quippe multisque modis olim deus loquens prophetis
in prophetis. Ego inquit cogito cogitaciones pacis et non afflictionis. Sed quid respondebat homo afflictionem senciens, pacem nesciens?
Quousque dicitis pax pax et non est pax? Propter hoc angeli pacis amare flebant dicentes Domine quis credidit auditui nostro?
At nunc credant homines vel visui suo, quia testimonia dei credibilia facta sunt nimis. Ut enim nec turbato quidem lateat oculo
in sole posuit tabernaculum suum. Ecce pax non promissa, non dilata sed data, non prophetata sed presentata. Ecce quasi saccum
plenum misericordia sua deus pater misit in terram. Saccum inquam in passione concidendum, ut effundatur quod in eo latet precium nostrum,
saccum utique et si parvum sed plenum. Parvulus siquidem datus est nobis, sed in quo habitat omnis plenitudo divinitatis in carne, ut
vel sic carnalibus exhiberetur, et apparente humanitate benignitas agnosceretur. Ubi enim dei innotescit humanitas, iam
benignitas latere non potest. In quo enim magis commendare poterat benignitatem suam quam suscipiendo carnem meam? Meam inquam,
non carnem Adam, non qualem ille habuit ante culpam. Quid tanto declarat eius misericordiam quam quod ipsam suscepit miseriam? Quid
ita pietate plenum quam quod propter nos dei verbum factum est fenum? Domine quid est homo quia reputas eum? Hinc attendat homo
quanta cura sit eius deo; hinc sciat quid de eo cogitet aut quid senciat. Noli interrogare o homo ea que pateris, sed que passus
est ille. Quanti te faciat ex hiis que pro te factus est agnosce, ut appareat tibi benignitas eius ex humanitate. Quanto enim
minorem se fecit, tanto maiorem exhibuit in bonitate, et quanto pro me vilior, tanto mihi carior est. Apparuit inquit apostolus
benignitas et humanitas salvatoris nostri dei. Magna plane et manifesta benignitas dei et humanitas, et magnum beni-
gnitatis indicium declaravit, qui humanitati addere nomen dei curavit. Denique ad Mariam missus angelus Gabriel filium
dei loquitur, sed non nominat deum. Videtis deus qui tale de nobis ipsis angelum dedit, ut nos iste suppleret quod ille
non dixit [illegible], et ipse spiritum dei habuit et eius spiritu locutus est quod nobis nomen illud fuit. Quid enim sic instruit
fidem, spem roborat, caritatem accendit, quam humanitas dei? Sed angelo nomen illud reservatum est quod alii tacuerunt.
Neque enim omnibus omnia dicere convenire fuit, erat ut a diversis diversa colligerem cumulum et debitas gracias singulis.
Alterum vero est in quo apostolus et angelus qui de Christi nativitate loquuntur, id est in nomine salvatoris. Ad Mariam quidem tam
plena edocta per spiritum Gabriel loquens indicat nomen solum: et vocabis inquiens nomen eius Ihesum. Ad Ioseph ve-
niens angelus non solum nomen protulit, sed et causam eius interpretacionis adiungit dicens: Et vocabis nomen eius Ihesum, ipse enim salvum
faciet populum suum a peccatis eorum. Sed pastoribus quibus annunciatur gaudium magnum: natus est illis salvator Christus dominus. Vide
quomodo Paulus loquitur: Apparuit benignitas et humanitas salvatoris nostri dei. Vere dulce nomen nec ipsius timuit,
quod et in nomine magis fuit. Alioquin quid agerem audiens dominum venientem? Numquid non fugerem sicut Adam quando a facie
eius fugit sed non effugit. Nunc de separacione audies quia venit ille cuius legem sic prevaricatus sum, cuius pacta sic
abusus sum, cuius beneficio tam ingratus inventus sum. Que ne maior poterit esse consolacio quam in dulci vocabulo in voce
consolatoris? Propterea et ipse dicit quia non venit ut iudicet mundum, sed ut salvetur mundus per eum. Iam confidenter accedo,
iam suppliciter fiducialiter. Quid enim timeam quando salvator venit in domum meam? Et soli peccavi, donaturus est quod
indulserit ille. Utique licet ei quod facere libet. Deus qui iustificat, quis est qui condempnat? Quis accusabit adversus
electos dei? Propterea gaudere nos oportet quod deus mitis venit. Hinc enim facilis ad indulgenciam. Denique parvulus est, leniter
placari potest. Quis enim nesciat quia a puero facile donatur? Ecce si non fuit nobis per quid possimus reconciliari
pro modico, nisi quod non sit pena, sed quia nimium [illegible] minima est ipsa pena; pauperes sumus, parum dare possumus, attamen
reconciliari possumus per parvo illo si volumus. Totum quod dare possumus [illegible] illud corpus est, illud si dedero satis est tibi
communis. Addo ei corpus ipsius. Ita illud de meo est et meum est. Parvulus enim natus est nobis et filius datus est nobis.
De te domine supplebo quod minus habeo in me. O dulcissima reconciliacio, o satisfaccio suavissima, o vere reconciliacio facilis,
sed parvulus satisfaccio parva sed non parvipendenda. Etenim quis [illegible] nemo necesse est qui reconciliari non possit ita parvulum,
paululum nemo qui possit. Cum benignitas apparuit ultra omnem humanam estimacionem, plenam compensacionem possumus
iudicium discrecionis. Noli ergo contempnere dei misericordiam, si non vis sentire iusticiam, sed iram, sed indignacionem, sed emulacionem, sed
furorem. Domine ne in furore tuo arguas me etc. Ut enim scies, quanta discrecio veniet, tanta illa mansuetudo fuerit.
Quo magnitudine indulgencie, magnitudinem ulcionis attende. Immensus est enim deus et infinitus, in iusticia sicut in misericordia.
Multum ad cognoscendum, sed nimia pena vendicat ut si voluit. Discrecionem invenire non possit in qua fecerat. Propter
hec benignitatem prorogavit ut per eam reconciliati in securitate videas [illegible]. Propterea voluit non solum ad terras descendere,
sed etiam innotescere, non solum nasci sed agnosci. Denique propter hanc agnicionem dies ista celebris habetur et insignis dies
apparicionis. Hodie enim magi ab oriente venerunt, ortum solis iusticie requirentes, eum de quo legitur: Ecce vir,
oriens nomen illi. Hodie adoraverunt nobilem virginis partum, sequentes novum ductum sideris. Nonne et hic nobis

magna consolacio sit. Et in illo de quo locuti sumus apostolus verbo. Ille christus dei. isti non voce sed opere dicunt. Quid facitis
o magi quid facitis lactantem puerum adoratis in tugurio vili in vilibus pannis. Ergo ne deus est iste. Deus certe
in templo sancto suo dominus in celo sedes eius. et eum queritis in vili stabulo in matris gremio. Quid facitis quod et aurum offertis.
Ergo est ipse rex. Et ubi aula regia ubi thronus ubi regalis curie frequencia. Numquid aula est stabulum. thronus
presepium curie frequencia joseph et maria. Quomodo ita insipientes facti sunt viri sapientes ut adorent puerulum de
spicabilem tam sua etate quam paupertate suorum. Insipientes facti sunt ut fierent sapientes et predocent eos spiritus
quod postea predicavit apostolus. Qui vult esse sapiens fiat stultus ut sit sapiens. Quia enim per sapienciam mundus in sua
sapiencia deum agnoscere non potuit placuit deo per stulticiam predicacionis salvos facere credentes. Nonne timendum erat fratres
ne scandalisarentur viri isti cum tanta indigna viderent a regia civitate quem dominus [illegible] ad bethleem
villam parvulam diriguntur. Ingrediuntur stabulum inveniunt pannis involutum infantulum. Nec illis sordet stabulum non
pannis offenduntur non scandalisantur lactentis infancia. procedunt veniunt ut regem adorent ut deum. Sed profecto qui
illos adduxit ipse eciam instruxit. et qui per stellam foris ammonuit ipse in occulto corda docuit. Hec igitur dominice
declaracio clarificatur hac die et magorum devota veneracio devota fecit et venerabilem. Sed sola apparicio. Sed alia
quedam sicut a patribus nostris accepimus hodie celebrantur quamvis eciam sit longo post tempore facta. tamen contigit hoc ipso die. Cum enim
iam christus xxx annos peregisset in carne qui sine divinitate idem ipse est et anni eius non deficient et inter turbas
plurimas ad baptismum johannis advenit. Venit tamquam unus ex populo qui solus erat sine peccato. Quis eum crederet filium dei.
Quis putaret dominum maiestatis. Valde quidem humiliatus domine. Nimis absconderis. Latere non potuisti. Nonne ipse
quem matrem utero te nondum natum agnovit. Nonne ipse est qui per utriusque matrem uteri parietes agnovit et quia
turbis clamare non potuit saltem matrem motu sue exultacionis edocuit. Nunc autem quid. Videt eum johannes aut
elevanter venientem ad se et ait. Ecce agnus dei ecce qui tollit peccata mundi. Ecce vere agnus vere humilis et mansuetus.
Ecce inquam agnus dei ecce qui tollit peccata mundi eo ipso quod purgacionem faciat delictorum. Ecce sanctitatem mirari peccatorum
advenit et tamen post hoc testimonium baptizari vult a johanne. Contremuit ille. Quid mirum. Quid inquam mirum si timuit homo nec
audet attingere sanctum dei verticem. Caput adorandum angelis reverendum potestatibus principatibus tremendum. Baptisari
vis domine ihesu. Ut quid enim dicunt quod est opus baptismate. Numquid sano opus est medicina aut mundato mundo.
Unde tibi peccatum ut baptisma sit necessarium. Numquid a patre. Et patrem quidem habes deum et equalis es illi deus de deo.
lumen de lumine. Nam in deum peccatum cadere non posse quis nesciat. Utrum de matre. Nam et matrem habes sed virgo
Quid ergo peccatum quod ea tibi potuisti que te sine iniquitate concepit et salva virginitate peperit. Quia maculam potest habere
agnus sine macula. Ego inquit johannes a te debeo baptisari et tu venis ad me. Magna utique humilitas sed nulla
comparacio. Quomodo non humiliaretur homo coram humili deo. Sine modo inquit dominus. decet enim sic nos implere omnem
iusticiam. Acquievit johannes et obedivit. Baptisatur agnus dei et aquas lavit. Nos abluti sumus. nec ille quia
nobis lavandis aque cognoscuntur ablute. Sed fortassis minus credis testimonio johannis quia et ipse homo est et potest
habere suspectum cognatus eius est cui perhibet testimonium. Ecce testimonium maius johanne. testimonium adveniens columbe.
Nec incongrue ad indicandum agnum dei venit columba quia nichil melius convenit agno quam columba quam agnus
in alibus columba in ambobus est summa utriusque innocencia summa mansuetudo summa simplicitas. Quid enim sic alienum
ab omni malicia sicut agnus et columba. Nocere cum nesciunt ledere non noverunt. Sed ne fortuito casu id evenisse
censeres. ecce testimonium dei patris. ecce deus maiestatis intonuit dominus super aquas multas. et vox patris audita est
Hic est filius meus dilectus in quo michi bene complacui. Vere enim hic est in quo non est quod patri displiceat quod oculos maiestatis
offendat. Unde et ipse ait. quia que placita sunt ei facio semper. Ipsum inquit audite. Ecce domine ihesu nunc iam loquere
[illegible] tamdiu siluisti et ubi dominus vel nunc licenciam loquendi habes a patre. Usquequo
[illegible] silens quousque dissimulas. Diu tacuisti et ubi dominus vel nunc licenciam loquendi habes a patre. Quidem
dei virtus et dei sapiencia quasi insipiens latens in populo. Quidam nobis rex et rex celi fabri filium pa
tenis appellari patitur et putari. Etenim lucas evangelista testatur quod adhuc filius ioseph putabatur. O humilitas
virtus christi quantum confundis superbiam nostre vanitatis. Parum aliquid scio vel magis scire michi videor. Vel iam silere non possum
imprudenter et impudenter me ingerens ut ostendens promptus sum ad loquendum velox ad docendum tardus ad audiendum
et christus cum tanto tempore silebat cum seipsum abscondebat. numquid inanem gloriam metuebat. Quid timeret ab inani gloria
qui est vera gloria patris. Utique timebat sed non sibi. Nobis timebat ab illa quibus noverat esse timendum. Nobis cavebat
nos instruebat. Tacebat ore sed instruebat opere. et quod postea docuit verbo iam clamat exemplo. Discite quia
mitis sum et humilis corde. Nam de infancia domini parum aliquid audio. Quo tunc iam usque ad tricesimum annum nichil
invenio. Nichil vero iam latere potest qui tam manifeste demonstratur a patre. Nam in prima apparicione cum matre virgine

noluit appare' q verenda quedã i virginitate sigiret. Tercia q̃ apparicio eius in cena ꝯvenit' et michi hodie celebrat'.
Inuitatus em̃ ad nupcias dũs vino deficiente copassus eorum verecūdie aquã mutat' i vinũ hoc eciã fc̃ ait ewa̅ta
signorũ eius fuit initiũ. Itaqȝ i p̃ma apparicõe hõ verus ĩuoluit vbi int' vbera matris infantib; apparuit. In s̃c̃da vo̅
verũ esse dei filiũ p̃ris indicat testimoniũ. In t̃cia vo̅ verus deus esse mirat' ad cuius impiũ natura mutat'. tot
testimonijs hodie ꝯfirmat' fides n̄ra tot indicijs roborat' spes n̄ra tot incẽtiuis inflamat' caritas nostra.

Tres apparicões dn̄i legimus vna quidẽ die s̃ nõ vno t̃pe factas. Et quidẽ mirabiles scõa. Sermo d' eod̃.
Mirabilis t̃cia. s̃ p̃ma appicõ mirabilis amplectanda. Mirabilis mutacõ aquarũ. mirabilis iohannis et
columbe. p̃ris et p̃rũe vocis attestacõ. s̃ illud mirabilius q agnitus est a magis. Ita q deum agnoscat indi-
cat adoracõ. indicat thuris oblacõ. Nec solũ deũ s̃ ẽ regẽ agnouit qd designat' in auro. Et mirrã nõ latet
eos magnũ pietatis sacramentũ. vn̄ et mirra indicat mortuorũ. Adorat magi et offerunt munera. Attamen suge-
ti matris vbera. Sȝ vbi est o magi p̃pria regis humanitas. Ineas viles pañi isti quibus est inuolutus. Si rex est.
dyadema eius vbi est. Sȝ vos ve eũ videtis in dyademate quo coronauit eũ mater sua in sacco mortalitatis de
quo resurgens ait. Conuertisti sacciũ et circũdedisti me leticia. Egredimini filie syon et videte regẽ salomonẽ
i dyademate quo coronauit eũ mater sua. Et egredimini virtutes angelice incole ciuitatis superne. ecce rex n̄r
s̃ in corona n̄ra in dyademate quo coronauit eũ mat' sua. Sȝ hijs delicijs vsqȝ modo caruistis hac dulcedine dul-
cedinẽ nõ gustastis licet sublimitate humilitatẽ eius nõ vidistis. Egredimini g' et videte regẽ salomonẽ ꝛc. Verũ
nõ est illis opus n̄ra cohortacõne qui ipsi sunt qui desiderant eius vultũ p̃spicere. Illis em̃ quãto sublimitas no-
tior tanto humilitas preciosior et amabilior. Vñ licet nobis maior sit cã leticie. nobis em̃ natus est et
nobis datus. tñ ipi nos cohortant'. Probat h' angelus qui gaudiũ magnũ ewangelisat pastoribus et q̃ cũ eo facta
est multitudo celestis exercitus. Vobis em̃ dicit filie. Aiẽ stantes debiles. filie et nõ filij in quibus nichil est
fortitudinis nichil virilis animi. Egredimini filie syon. egredimini de sensu carnis ad intellectum mentis. de seruitute car-
nalis ꝯcupiscẽcie ad libertatẽ spiritualis intelligẽcie. egredimini de t̃ra v̄ra et de cognacõe v̄ra et d' domo patris v̄ri
et videte regẽ salomonẽ. Alioqui nõ erit tutũ videre ecclesiasten. Idem em̃ qui salomon i pacificus in ꝯsilio est ec-
clesiastes i ꝯcionator erit in iudicio. ꝯcordia i diluuiũ dñi in regno glorie et admirabilis. Egredimini g' et videte
regẽ salomonẽ. Rex vbiqȝ rex est. licet em̃ regnũ eius nõ sit de hoc mundo tñ rex est eciã in hoc mundo. Interrogatus
em̃ sequidẽ rex es tu. Ego in hoc inquit natus sũ et in hoc veni i mundũ. Hic ẽ rector est morũ in iudicio distri-
butor meritorũ in regno distributor p̃miorũ. Egredimini p̃inde filie syon et videte regẽ salomonẽ i dyademate q° coronat' eũ m̃r
sua. In corona paupertatis in corona miserie. Sequidẽ coronatus est et a nouerca sua corona miserie coronandus a familia sua
corona iusticie. qñ exibunt angeli et tollent de regno eius oĩa scandala. qñ veniet ad iudiciũ cũ senioribus p̃pli
sui. cũ pugnabit p̃ eo orbis t̃re aduersus insensatos. Coronat et eũ p̃r corona glorie. sicut ait p̃s. Gloria et honore
coronasti eũ. Suscipite coronã p̃mulis p̃pt' nos regis n̄ri. et vna cũ magis humilitate ipius adorate. Exemplo fidei
deuocõ nobis hodie p̃ponit' in exemplũ. Cum em̃ comparabis et cũ plebs estimabis viros istos. Si latronis
fidẽ si centurionis ꝯfessionem ꝯsideres in eo superexcellere videntur isti. q rex tunc maculã multa fecerat. Iam
tunc a multis p̃dicatus fuerat a multis adoratus. Attamen considerans quid et illi dixerunt. Clamat latro de cruce
dñe memento mei cũ veneris in regnũ tuũ. Ergo ne p̃ supplicium ille vadit ad regnũ. quis indicauit hec
quia oportebat pati xp̃m ẽ sic intrare in gloriã suã. Tu g' centurio vnde eum nosti. videns q sic clamans
expirasset. Vere inquit hic hõ filius dei erat. Mira res et omi admiracõe digna. p̃pterea rogo vos et intuemi-
ni et videte q occulta sit fides. Et lincees oculos h'eat. diligencius considerate. Cognoscit dei filiũ lactentẽ
cognoscit in ligno pendentẽ cognoscit morientẽ. Siquidẽ latro in patibulo magi in stabulo agnoscũt.
Ille clauis infixum. isti pannis inuolutũ. Centurio vo̅ vitã agnoscit i morte. Isti dei virtutẽ in tenera
corporis infirmitate. ille summũ sp̃m in expiracõe. isti dei v̄bum in infancia cognoscunt. Siquidẽ quemadmodum illi
sermonibus isti muneribus confitentur latro regẽ centurio dei filiũ s̃c et hoc p̃dicauerunt. Et quid h' t̃cia ipa
magorũ indicat muna q in thure nõ tm̃ dei filiũ monstrent q deum. Obseruamus g' karissimi q̃p̃t nobis
tanta caritas quã nobis dei maiestatis exhibuit. tanta humilitas quã suscepit. tanta benignitas
que nobis p̃ xp̃i humanitatẽ apparuit. Agamus gras redemptori n̄ro p̃ quẽ nobis innotuit tam bona
erga nos voluntas dei p̃ris. Siquidẽ tale eius nomen ẽ aĩm. vt nõ i inuito dicas hic erimus nõ q'
i motũ. p̃fecto em̃ tale est erga nos cor dei p̃ris quale nobis exp̃ssit qui de eius corde p̃cessit.

Necessarium nobis fr̃es videt' ceterarũ solempnitatum ꝯsuetudinẽ. eciam solempnitatis hodierne nos ex-
ponere racõnem. Interdum em̃ cum viua loquimur. et genus illud sermonis p̃utile s̃ certis videtur oportunum

convenit festivius autem et maiore in preparamus solemnitatibus magis circa ea que solemnitatis sunt immorandum videtur ut
parvulus erudiatur atque et comedat. Affluens enim celebrabitur quod nescitis, aut quo satis nisi amicet vos. Propterea
non sit molestum hiis qui sunt in lege periti, si parvulorum doctus more gerimus, ut congruit racio caritatis. Debeo enim inter
ipsos quibus sum epulis esse scandalosus. Si minus eruditis tanquam turbis proponam grossiores panes apponentibus
Ita non apponent si forte fratres mutatis intuitu placuerint eis que vera sunt non satis intelligentibus et si fortassis minus
nova videantur. Si autem fragmenta postmodum recolliget sibi ipsis diligencius cogitantes subtiliora queque tanquam
mica cibaria remanserit que parvulorum intelligencias acies per subtilitatem effugerunt. Solemnitas igitur hodierne diei
ab apparitione nomen accepit. Epiphania apparicio est. Hodie ergo apparicio domini celebratur non tamen una sed trina sicut
a patribus nos accepimus. Hodie enim parvulus rex noster paucis a nativitate diebus transactis, stella declarante, primiciis gen-
tium apparuit. Hodie quoque cum iam xxx in dispensatione carnis egisset annos, qui secundum divinitatem idem ipse et anni eius
non deficient, inter plurimas turbas absconditus ad Iordanem baptisandus advenit, sed testimonio dei patris innotuit.
Hodie nichilominus cum discipulis suis vocatus ad nupcias, deficiente vino, signo admirabili sue potencie aquas in vinum
mutavit. Sed debeat ea que in infancia salvatoris facta est apparicio diligencius intueri, quia et dulcissima est
et specialis hodie noscitur celebrari. Hodie ergo sicut audimus in ewangelica lectione, magi Ierosolimam venerunt ab oriente. Christo
sane ab oriente venerunt qui solem iusticie nobilem nobis ortum annunciant, qui letis rumoribus totum orbem illuminant.
ubique infelix iudea, que lucem oderat ad fulgorem nove claritatis obtenebratur, et caligantes oculi eius contusi sunt
radio solis eterni multo magis excecantur. Venientes ergo ab oriente magi quid dixerint audiamus. Ubi est qui natus est
rex iudeorum? O invicta fides et nichil penitus hesitans. Non querunt utrum natus sit, sed fiducialiter locuntur et interrogant
sine dubitacione ubi sit qui natus est rex iudeorum. Porro audito nomine regis Herodes successorem suspicatus expavit.
Nec mirum si turbatur Herodes, sed quod Ierusalem civitas dei que visio pacis est, cum Herode turbatur, satis non miretur.
Videte fratres quantum noceat iniqua potestas, quia impium caput subiectos quoque conformat impietati. Misera plane
civitas in qua regnat Herodes, quia Herodiane sine dubio particeps erit malicie et ad nove salutis ortum Herodiana
movebitur turbacione. Confido enim in domino quia inter vos nunquam regnabit etiam si adesse contingat quod et ipsum deus
avertat. Ita Herodiana malicia et Babilonica crudelitas est nascentem velle extinguere religionem et allidere par-
vulos istius. Si quid enim ad salutem proveniens, si quid religionis oritur, quicumque resistit, quicumque repugnat, plane cum
Egipciis parvulos israelitici generis necare conatur, immo cum Herode nascentem persequitur salvatorem. Hec iam inchoata
persequamur historiam. Credo si quis consimilis est huius rei studiosus, cavebit decreto et Herodianum operabitur animum, ne
similem consortium sorciatur. Ergo querentibus magis regem iudeorum et sciscitante a scribis Herode dominice nativitatis locum,
illi mox Bethleem nomen civitatis edicunt. Cumque recessissent et reliquissent iudeos, ecce stella quam viderant in orien-
te antecedebat eos. Hic manifeste datur intelligi quia humanum flagitantes consilium divinum amiserunt ducatum, et eo
usque ad terrenum doctorem signum celeste deseruit. Verum et relicto Herode continuo gavisi sunt gaudio magno valde.
Stella enim antecedebat eos usque dum staret supra domum ubi puer erat. Et intrantes domum invenerunt puerum cum Maria matre eius.
Verum vobis est o alienigene. Neque enim inveni tantam fidem in Israel. Sic non vos offendit vilis habitacio stabuli,
non pauperis cune presepii, non vos pauperis matris presencia, non lactentis infancia scandalisat. Denique apertis thesauris
suis ut ewangelica, obtulerunt ei munera aurum thus et mirram. Si solum obtulissent aurum, videri fortasse poterant
paupertati matris voluisse ut haberet unde parvulum posset filium educare. Nunc autem offerentes pariter aurum thus
et mirram sine dubio spiritualis oblacionis genus insinuatur. Aurum enim inter divitias seculi videtur excellere, quod pro eius gracia
omnes nos devote obtulimus salvatori, cum pro eius nomine ex integro dereliquimus substanciam huius mundi. Iam vero nunc ut qui
sollicitus ut scias quid desit tibi. Hoc enim melius. Ut sic nos essemus cupidi gratie spiritualis quemadmodum seculares hoc
pecunie temporalis. Debemus certe et multum debemus vincere in bono malum et tanto amplius desiderare quanto preciosa est
quod desideramus, ut vel equales esse possimus. Magna enim confusio, magna valde quod ardencius illi peritura de-
siderant quam nos utilia, citius illi ad mortem properant quam nos ad vitam. Quanto enim desiderio pecunie avari curant,
quanto glorie appetitu ambitiosi concupiscunt, quam violenter denique trahit sua quemque voluptas, quis explicet? Videas certe
eos quemque adepti sunt parvipendere, non attendere quanto labore et desiderio ipso tandem ea consequi potuerunt, quam vilescunt
eis omnia pre desiderio maioris forte rei quam alter recepit invidere. Et tu ergo non magnopere cogites quid tibi videris habere
nisi forte minus ut gratias agere possis et te noveris debitorem ei qui dedit, seu gratia consolationis eo id necesse fuit
ne qualis opera tristior fias de ceteris. Sed semper magis attende que alii habent tu non habes. Quod si cogitatio tua humilitate
te custodiat et a descensu tepiditatis elonget, magis accendat et accendat desiderium proficiendi. Vide enim quanta e regione
mala cogitatio illa parturiat quam sedule versas in animo quod tibi videris, et alterum quempiam estimas non habere. Sic
enim elevaris in superbia, dum te preponis alteri. Sic proficere negligis, dum te magnum quempiam arbitraris. Hinc deinde
incipis et deficis; dum tibi alterius comparatione etiam nimis excrevisse videris, sicque in tepiditatem incidis et incipis
remissius agere. Itaque quia deus superbis resistit, humilibus autem dat gratiam, et maledictus qui opus dei facit negligenter
Beati vos qui esuritis et sicut iustitiam, quia si spiritu facta carnis mortificamus vivemus si vos fratres undique manentes

Pauperes quidem videmus et sumus tamen. Sumus quia ad hoc donata sunt nobis. Magna ab eo gratia, magna
et collata potestas. Quotquot enim receperunt eum, dedit eis potestatem filios dei fieri. Item non potestas filiorum dei
est ista qua nobis etiam desinunt vivimus. Loquebatur enim apostolus quod diligentibus deum omnia cooperantur in bonum
Sed forte dicat aliquis vestrum: Quid hoc ad me? Et in pusillanimitate spiritus sui cordis tacita meditetur. Videant certe

de paternitate filiorum dei in quibus filialis gratia dum fuerit amor viget ardet affectus et presumat se omnia cooperari in bonum
qui deum diligunt in veritate. Ergo vos medici sicut et pauperes tenens affectum filialem operibus digne devocionis. Et attende
quod sequitur. Illum enim desperacionis locum reliquerunt in scriptura sua qui dicat per paciam et consolacionem scripturarum spem habeamus.
Offerens ille qui querit pax est non pacia in patria est enim non in via nec qui [illegible] sit consolacione scripture opus est
consolari. Ergo per paciam et consolacionem scripture spem habeamus et si nondum potuimus apprehendere pacem propterea eum deponsset
diligentibus deum omnia cooperantur in bonum. addidit huius qui secundum propositum vocati sunt sancti. In quo non statim dicat nomen
quod non secundum meritum sed secundum propositum. Non secundum affectionem sed secundum intencionem sanctos vocat. Inde id propheta Custodi animam meam
quoniam sanctus sum. Illa enim quam putas sanctitatem. nec ipse quidem paulus comprehendit adhuc graviter tempore arbitratus est se
comprehendisse. Unum autem inquit que retro sunt oblitus et in ea que ante sunt ad destinatum persequor bravium superne vocacionis
videns quod licet nondum apprehendisset bravium. habebat tamen sanctitatem propositi et propositum sanctitatis. Et tu ergo si proposueris in corde
tuo declinare a malo et facere bonum tenere quod cepisti et proficere semper in melius et si quando aliquid minus recte feceris ut est
humana fragilitas non in eo persistere sed emendare pro viribus. eris sine dubio sanctus et tu. Et tu interim clamare vere sit
custodi animam meam quoniam sanctus sum. Vides ergo nostre quadmodo sanctis ista omnia cooperantur in bonum. Non tamen per singula quod in
longum protraheret sermonem hora non patitur. Iam enim campanam audimus. Iam vespertine tempus oracionis advenit. Unde fratres
verbum abbreviatum quadmodo nobis firmat inimica et omnia cooperantur in bonum. Inimici nostri ... sunt indices et peccata de
pro nobis quis contra nos. Et pro nobis faciunt hostes quos non omnia sint eciam illis. Porro duo nobis ut manifestum est adversantur
quia hostium malum videlicet duplex quod facimus et quod patimur. Hec autem sunt culpa et pena. Itaque eciam sunt utique contra
[illegible] si volumus utique pro nobis. ut sit quidem ab illa liberet et adversus istam muniet illa. Hec enim compungimur in cordibus nostris
et in cubilibus compunctione super delictis preteritis sed diluit contritam et cotidianam dentes peccatorum conterens reducat spem venie
prima ista et voluntaria pena qua patimur non solum autem preterita sed et futura repellit. Hec et temptacio propulsat vitia
et nulla sit penitus ut non aut numquam venenatum possit erigere caput. Hec pena nobis facit adversus culpam.
ut vel sic non sit vel sit minor. Culpa vero melius agit ut aut minor sit pena. Non quidem ut sic non sit in quantitate sua
ut vel sic non sit vel sit minor culpa ... [illegible] sed ut non sit pena aut minor sit pena ut videlicet aut non sit aut minor sit. Cum enim perfecte
senserit peccati onus et anime lesionem ... utique aut parum aut ex toto non senciet penam nec reputabit laborem
quo peccata noverit delere preterita et futura cavere. Hinc enim et sanctus David ... servum non reputat ... mecum
qui peccata noverit ...

Virgo hodie gloriosa celos ascendens super
suorum gaudia civium copiosis cumulavit augmentis. Si enim est cuius salutacionis vox et ipsos consultare fecit
in gaudio. quos materna adhuc viscera claudunt. Et si parvuli necdum nati anima liquefacta est ut maria
locuta est. Quid putamus quenam illa celestium fuit exultacio cum et vocem audire et videre faciem et beata eius
frui presencia meruerit. Nobis vero karissimi que in eius assumpcione sollempnitatis occasio que tam leticie que tam gaudiosa
Hanc presencia totus illustrabatur orbis adeo ut ipsa iam celestis patria clarius rutilet virginee lampadis irra-
diata fulgore. Merito proinde resonat in excelsis gratiarum actio et vox laudis. Sed plangendum nobis magis quam gau-
dendum esse videtur. Quantum enim de eius presencia celum exultat. tantum non consequens est ut tantum hic lugeat mundus inferior
modo eius absencia. Cesset tamen querela nostra quod nec nobis hic manens civitas sed eam inquirimus ad quam hodie
maria benedicta pervenit in qua si conscripti sumus cives dignum est et perfecto in exilio eciam super flumina babilonis
eius nos recordari eius quaerere gaudium eius participare leticiam maxime quam eciam quod copiosis impetu hodie
letificavit civitatem dei ut senciamus et nos stillicidia super terram. Precessit nos regina nostra precessit et tam gloriose
suscepta est ut fiducialiter sequantur dominam servuli clamantes Trahe nos post te in odore unguentorum tuorum.
Advocatam premisit peregrinacio nostra que tamquam iudicis mater et mater misericordie suppliciter et efficaciter salutis nostre ne-
gocia pertractabit. Preciosum hodie munus terra nostra direxit ad celum ut dando et accipiendo felici amiciarum
federe copularentur humana divinis terrena celestibus ima summis. Illuc enim ascendit fructus terre sublimis. unde data
optima et dona perfecta descendunt. Ascendens ergo in altum virgo beata dabit ipsa quoque dona hominibus. Quid ni daret
Et quidem nec facultas ei deesse potest nec voluntas. Regina celorum est misericors est. Denique et mater est unigeniti
filii dei. Nichil enim potest sic pietatis eius seu pietatis magnitudinem commendare. nisi forte aut non credatur dei filius
honorare matrem aut dubitare quis potest omnino in affectum caritatis transisse marie viscera in quibus ipsa que ex deo est
caritas novem mensibus corporaliter requievit. Et hec quidem propter nos dixerim. sed scientes difficile esse ut in tanta
copia caritas illa perfecta non inveniens que sua sunt non valeat invenire. et tu silead benefica que per ipsius glorificacionem
consequimur. Si enim diligimus gaudebimus utique quod vadit ad filium plane inquam congratulabimur ei. Nisi forte quod absit

inventi glorie et gratie commodis inveniamur ingrati. Sicut enim in castellum hodie mundi intrante prius ipsa susceperat ab eo hodie suscepit scanum in gradiens civitatem. Sed cum quanto putas honore cum quanta exultacione cum quanta gloria. Nec in mundo locus dignior virginalis uteri templo in quo dei filium maria suscepit nec in celis regali solio quo mariam hodie marie filius sublimavit. Felix in utroque utraque susceptio ineffabilis utraque quia utraque inexcogitabilis est. Ut quid enim hodie in ecclesiis christi lectio ewangelii recitatur in qua mulier benedicta in mulieribus excepisse legitur salvatorem. Credo ut scilicet quam celebramus ex illa susceptione aliquatenus estimetur. Immo ut ex illius inestimabilis glorie inestimabilis cogitatur et ista. Quis enim si etiam linguis hominum loquatur et angelorum explicare queat quemadmodum superveniente spiritu et obumbrante virtute altissimi caro factum sit verbum dei per quem facta sunt omnia et dominus maiestatis que non capit universitas creature intra virginea sese claussit viscera factus homo. Sed et illud quis cogitare sufficiat quam gloriosa hodie mundi regina processit et quanto devotionis affectu tota in eius occursum celestium legionum prodiit multitudo quibus ad thronum glorie canticis sit deducta quam placido vultu quam serena facie quam divinis amplexibus suscepta a filio et super omnem exaltata creaturam cum honore quo tanta mater digna fuit gloria que tantum decuit filium. Felicia prorsus oscula labiis impressa lactentis cui virgineo mater applaudebat in gremio. Sed nunquam non feliciora censebimus que ab ore sedentis in dextera patris hodie in beata salutacione suscepit cum ascenderet ad thronum glorie epithalamium canens et dicens. Osculetur me osculo oris sui. Christi generacionem marie assumptionem quis enarrabit. Quantum enim gratie in terris adepta est pre ceteris tantum et in celis obtinet glorie singularis. Quod si oculus non vidit nec auris audivit nec in cor hominis ascendit que preparavit deus diligentibus se quod preparavit gignenti se et quod omnibus clarum est diligenti pre omnibus quis loquatur. Felix plane maria et multipliciter felix sive cum recepit salvatorem sive cum a salvatore suscepitur utrobique mira dignitas virginis matris utrobique amplectenda dignacio maiestatis. Intravit enim ihesus in quoddam castellum et mulier quedam martha nomine excepit illum in domum suam. Sed laudibus magis vacandum est quam festinis percurrendis hiis. Et mulier quedam martha nomine excepit illum in domum suam. Sed laudibus magis vacandum est quam festivis percurrendis, sicut lectionis hodierne verba insinuat. Cuius ex pluribus nobis in verum gaudiis descendat. Prima vero copiosam nobis materiam lectionis hodierne verba insinuant. Mirabilis eius misericordia quod fuit datum desuper ut in memoria tante virginis non modo affectus devotionis concitentur ... eius sit memoria quod fuit datum desuper ut in memoria tante virginis non modo affectus devotionis concitentur et mores edificentur ad perfectam gratiarum actionem in laude filii eius domini nostri qui est super omnia benedictus deus in secula. Amen

Ave gratia plena. Non in sola virginitate constare potuit gratie plenitudo. Nec enim omnibus est data ... Ave gratia plena. Non in sola virginitate constare potuit gratie plenitudo. Nec enim omnibus est data ... Infelices qui non inquinaverunt vestimenta sua et cum regina mea virginitatis privilegio glorientur. Sed inde virginitatem habent benedictam dilectam et nunc obsecro ut audias. Periit illa virtus a me non est iam, aspirare ad illam corrupcio. Ad illam non erit ubi possim esse tecum quia iam in statione meo ut innocentiam fuisse sed nunquam non erit etiam aliquid apud te. Non erit ubi possim esse tecum quia iam sequi non valeo quocumque ieris. Mirentur angeli puellam quam preparavit deus filio dum suo. Bibit ipse de ydria tua cognata est virtute delectatus. Sed nunquam non etiam immaculatam potuimus servare. Bibit angelus qui virginem non cognoscit. Bibat et immaculata qui de humilitate singularem gloriatur. Respexit inquit humilitatem ancille sue. Ubi virginitas sine humilitate hec fortasse gloriam sed non apud deum. Humilia semper excelsus respicit quia alta a longe cognoscit et humilibus dat gratiam qui superbis resistit. Sed forte in hiis quibus duabus metretis plena est ydria tua capax est ipsa tercie quam metrete ut non iam solum angeli et immaculata sed et ipse quam ex ea bibat architriclinus. Est enim vinum bonum quod usque adhuc servavit magister angelus ut ferat architriclino. Premium dico quem caritatis primum architriclinum ... nuncio vocatur. Aut sequitur angelus comedentes que tercia est metreta. Quod ex te nascetur sanctum vocabitur filius dei. Nuncio vocatur. Aut sequitur angelus comedentes que tercia est metreta. Quod ex te nascetur sanctum vocabitur filius dei.

Si enim dicat quid eo solo tibi est gratiosa ista gratia.

Signum magnum apparuit in celo mulier amicta sole et luna sub pedibus eius et in capite eius corona stellarum xii. Valescunt quidem nobis dilectissimi vir unus et mulier una nocuere. Sed gratias deo per unum ... stellarum xii. Valeamus quidem nobis dilectissimi vir unus et mulier una nocuere. Sed gratias deo per unum virum et mulierem unam omnia restituuntur. Nec sine magno fenore gratiarum. Neque enim delictum ita ut donum. Virum et mulierem unam omnia restituuntur. Nec sine magno fenore gratiarum. Neque enim delictum ita ut donum. Sed excedit dampni estimacionem beneficii magnitudo. Sic nimirum prudentissimus et clementissimus artifex quod conquassatum fuerat non confregit sed refecit ut vero nobis nobilem adam formaret ex veteri et evam transfunderet in mariam. Et quidem sufficere poterat christus sicut et nunc omnis sufficientia nostra ex eo est, nobis. Bonum non erat hominem esse solum. Congruum magis ut adesset nostre reparacioni sexus uterque quorum corrupcioni neuter defuisset. Fidelis plane et prepotens mediator dei et hominum homo christus ihesus sed divinam in eo reverentur homines maiestatem. Absorpta videtur in divinitate humanitas non quod sit mutata substancia sed affectio deificata. Non sola illi cantatur misericordia cantatur pariter et iudicium quia etsi didicit ex hiis que passus est compassionem ut misericors fieret habet tamen et iudiciariam potestatem. Denique et deus noster ignis consumens est. Quid mirum si vereatur peccator accedere ne quemadmodum cera que fluit a facie ignis sic pereat ipse a facie dei. Iam itaque nec ipsa mulier benedicta in mulieribus videbitur ociosa invenietur equidem locus eius in hac reconciliacione. Opus enim mediatore est ad mediatorem istum nec alter nobis utilior quam maria. Crudelis nimirum mediatrix

eam per quam serpens antiquus pestiferum et ipsi virus infudit. Sed fidelis Maria que salutis antidotum et viris et mulieribus propinavit. Illa enim ministra seductionis, hec propiciationis; illa suggessit prevaricationem, ista ingessit redempcionem. Quid ad Mariam trepidat humana fragilitas accedere? nichil austerum in ea, nichil terribile; tota suavis est, omnibus offerens lac et lanam. Revolve diligencius ewangelice hystorie seriem universam, et si quid forte increpatorium, si quid durum, si quod denique signum vel tenuis indignacionis occurrit in Maria, de cetero suspectam habeas et accedere verearis. Quod si ut vere sunt plena magis omnia pietatis et gracie, plena mansuetudinis et misericordie que ad eam pertinent inveneris, age gracias ei qui talem tibi mediatricem benignissima miseracione providit in qua nichil possit esse suspectum. Denique omnibus omnia facta est, sapientibus et insipientibus copiosissima caritate debitricem se fecit. Omnibus misericordie sinum aperit ut de plenitudine illius accipiant universi: captivus redempcionem, eger curacionem, tristis consolacionem, peccator veniam, iustus graciam, angelus leticiam, denique tota Trinitas gloriam, filii persona carnis humane substanciam, ut non sit qui se abscondat a calore eius. Putasne ipsa est sole amicta mulier? Esto siquidem ut de presentis ecclesie visione ipsa consequencia prophetice visionis se ostendat ipsa demonstret; sed id plane non incongrue Marie videbitur attribuendum. Nimirum ipsa est que velut alterum solem induit. Sicut enim quemadmodum ille super bonos et malos indifferenter oritur, sic et ipsa que non discutit merita sed omnibus exorabilem, omnibus clementissimam se prebet. Omnium denique necessitates amplissimo quodam miseratur affectu. Illa et defectus omnis sub ea, et quicquid fragilitatis et corrupcionis est excellentissima quadam sublimitate precedit et supergreditur ceteras creaturas, ut merito sub pedibus eius luna esse dicatur. Alioquin non magnum videbitur ut sit luna ista sub pedibus eius, quam super angelorum choros, super cherubim quoque et seraphim exaltatam nephas est dubitare. Solet autem luna non modo defectum corrupcionis sed stulticiam mentis, nonnunquam vero et ecclesiam huius temporis designare: illam quidem propter mutabilitatem, hanc sane propter susceptum aliunde splendorem. Utraque vero ut ita dixerim luna sub Marie pedibus congrue satis ponitur, alio tamen atque alio modo. Siquidem stultus ut luna mutatur et sapiens permanet ut sol. In sole nempe et fervor et splendor stabilis; in luna solus splendor, atque is ipse mutabilis et incertus, qui numquam in eodem statu permanet. Iure ergo Maria sole perhibetur amicta, que profundissimam divine sapiencie ultra quam credi valeat penetravit abyssum, ut quantum sine personali unione creature conditio patitur, luci illi inaccessibili videatur immersa. Illo igne prophete labia purgantur, illo igne seraphim accenduntur. Longe vero aliter Maria meruit non velut summatim tangi sed operiri magis undique et circumfundi et tamquam ipso igne concludi. Sane candidissimus, sed et calidissimus huius mulieris amictus, cuius omnia tam excellenter irradiata noscuntur, ut nichil in ea, non dico tenebrosum, sed nec obscurum saltem vel minus lucidum, sed nec tepidum quidem aut frigidum liceat suspicari. Insipiencia vero omnis longe sub pedibus eius, ut penitus absit ut ab insipiencium mulierum numero et collegio virginum fatuarum; ymmo et unicus ille stultus qui mutatus ut luna sapienciam perdidit in decore suo, sub Marie pedibus conculcatus et contritus patitur miseram servitutem. Nimirum ipsa est quondam a Deo promissa mulier, serpentis antiqui caput virtutis pede contritura, cuius plane calcaneo in multis versuciis insidiatus est, sed frustra, cum sola ea contrivit universam hereticam pravitatem. Alius non de substancia carnis sue Christum edidisse dogmatizabat; alius non peperisse sed reperisse sibilabat; alius vel post partum corruptam blasphemabat; alius Dei matrem non sustinens magnum illud nomen theotocos impiissime sugillabat. Sed contriti sunt insidiatores, conculcati supplantatores, confutati derogatores, et beatam eam dicunt omnes generaciones. Denique et post partum draco insidiatus est parienti, ut nascentem concipiens filium devoraret; et multi essent inter semen mulieris et draconis.

Iam si ecclesia luce magis videtur intelligenda, videlicet quod non splendeat ex se sed ab eo qui dicit: Sine me nichil potestis facere, habes mediatricem quam tibi paulo ante commendavimus, evidenter expressam, mulierem amictam sole et lunam sub pedibus eius. Amplectamur Marie vestigia, fratres, et devotissima supplicacione beatis illis pedibus provolvamur. Teneamus eam nec dimittamus donec benedixerit nobis. Potens est enim. Nempe vellus medium inter rorem et aream, mulier inter solem et lunam, Maria inter Christum et ecclesiam constituta. Sed forte miramini non tam vellus opertum rore quam amictam sole mulierem. Magna siquidem familiaritas, sed mira omnino vicinitas solis et mulieris. Quomodo enim in tam vehementi fervore tam fragilis natura subsistit? Merito namque admiraris, Moyses sancte, et curiosius desideras intueri. Verum solve calciamenta de pedibus tuis et involucra pone carnalium cogitacionum, si accedere concupiscis. Vadam, inquit, et videbo visionem hanc magnam. Magna enim plane visio: rubus ardens nec comburitur. Magnum signum: mulier illesa manens amicta sole. Non est rubi natura ut undique flammis vestitus non ardeat; non est mulieris potencia ut sustineat solis amictum. Non est virtutis humane, sed nec angelice; sublimior quedam natura

necessaria est. Spiritus sanctus inquit superveniet in te. Et tamen videat illa quia spiritus est deus et deus noster ignis consumens est. Virtus
autem non mea non tua sed altissimi obumbrabit tibi. Nichil itaque mirum si sub tali obumbraculo talis etiam mulier susti-
neat amictum. Mulier inquam amicta sole. Plane amicta sicut vestimento. Non percipit forte carnalis, immo spirituale
est, stulticia illi videtur. Non sic videbat ille qui dicebat: Induimini dominum Ihesum Christum. Quam familiaris ei facta es domina,
quam proxima, immo quam intima fieri meruisti. Quantam graciam invenisti apud eum. In te manet et tu in eo, et vestis
eum et vestiris ab eo. Vestis eum substancia carnis, et vestit ille te sua gloria maiestatis. Vestis nube solem et sole
ipsa vestiris. Novum enim fecit dominus super terram ut mulier circumdaret virum. Nec de alio quam de Christo dicitur: Ecce vir oriens
nomen eius. Novum quoque fecit in celo ut mulier sole appareret amicta. Denique coronavit eum et ipsa nichilominus meruit ab
eo coronari. Egredimini filie Syon et videte matrem Salomonis [in dyademate] quo coronavit eam filius suus. In capite inquam eius corona
stellarum xii. Dignum plane stellis coronari caput quod et ipsis longe clarius micans ornet eas potius quam ornetur
ab eis. Quid ni coronent sydera quam sol vestit. Sicut dies verni ait circumdabant eam flores rosarum et lilia convallium.
Sinistra leva sponsi sub capite eius et iam dextera illius amplexatur eam. Quis illas estimet gemmas, quis
stellas nominet quibus Marie regium dyadema compactum est. Super hominem est tunc huius corone compositionem indicare co-
positionem. Nos tamen pro modulo nostro continentes abstinentes a periculoso scrutinio secretorum non incongrue forsitan
xii stellas istas xii prerogativas graciarum intelligere videmur quibus Maria singulariter adornatur. Siquidem invenire
est in Maria prerogativas cordis, celi prerogativas, carnis prerogativas. Et si fuerit ternarius iste per quaternarium multi-
plicatus, habemus forte stellas xii quibus regine nostre dyadema prefulgeat universis. Michi sane singularis rutilat
fulgor primo quidem in Marie generacione, secundo in angelica salutacione, tercio in spiritus supervencione, quarto in filii dei inenar-
rabili concepcione. Sed et in his quoque sydereum plane radiat decus, quod virginitatis primiceria, quod sine corrupcione fecunda,
quod sine gravamine gravida, quod sine dolore puerpera. Nichilominus etiam in Maria choruscat mansuetudo pudoris, devocio
humilitatis, magnanimitas credulitatis, martirium cordis. Vestre siquidem sedulitatis erit singula queque diligencius intueri.
Nos interim satisfecisse videbimur si breviter ea potuerimus demonstrare. Quid ergo sydereum micat in generacione Marie?
Plane quod ex regibus orta, quod ex semine Abrahe, quod generosa ex stirpe David. Si id parum videtur, adde quod generacioni
illi ob singulare privilegium sanctitatis divinitus noscitur esse concessa, quod longe ante eisdem patribus celitus repromissa,
quod misticis prefigurata miraculis, quod oraculis premonstrata prophetarum. Hanc enim sacerdotalis virga dum sine radice flo-
ruit, hanc Gedeonis vellus dum in medio sicce aree maduit, hanc in Ezechiele orientalis porta que nulli
umquam patuit prefigurabat. Hanc denique pre ceteris Ysaias nunc virgam de radice Yesse orituram promittebat, nunc
evidencius virginem parituram. Merito signum hoc magnum in celo apparuisse scribitur quod tanto ante de celo noscitur
esse promissum. Dominus ait ipse dabit vobis signum. Ecce virgo concipiet. Magnum profecto signum dedit quia et magnus
ipse qui dedit. Huius ergo prerogative fulgor quorum non vehementer obumbrat intuitum. Denique venerabiliter atque
officiosissime ab archangelo salutata est, ut iam tunc in regali solio super omnes celestium ordines legionum
exaltata tunc videretur, et paulominus adoratus feminam qui solebat hactenus a primis ab hominibus adorari,
virginis meritum et singularem graciam commendabat. Nichilominus fulget et novus ille concepcionis modus, ut non in iniquitate
quemadmodum cetere omnes sed superveniente spiritu sola et de sola sanctificacione Maria conciperet. Illa quoque verum deum genuit et
idem ipse dei atque hominis una omnino deus et homo procreetur ex Maria. Abyssus est lucis, nec facile dixerim quod vel angelicus
oculus ad huius fulgoris vehemenciam non caliget. Decreto sane et virginitate carnis propositum virginitatis maiorum
et ipsius quoque propositi novitas evidencius illustrat, quod iam in libertate spiritus legis mosayce decreta transcendens illibatam
deo corporis pariter et spiritus sanctimoniam vovit. Probat enim propositi non violabile firmamentum quod tam constanter promittenti
angelo filium videtur: Quomodo fiet istud quoniam virum non cognosco. Forte enim propterea primo turbata est in sermone eius
et cogitabat qualis esset ista salutacio quod benedictam se esse audisset in mulieribus, que magis benedici in virginibus semper optabat.
Et proinde quidem cogitabat qualis esset ista salutacio quia iam videbatur esse suspecta. Ubi vero in promissione filii manifeste
virginitatis periculum videbatur, non potuit ultra dissimulare quin diceret: Quomodo fiet istud quoniam virum non cognosco. Merito
proinde et illa meruit benediccionem, et hanc non amisit, ut longe gloriosior fiat et virginitas ex fecunditate et ex
virginitate fecunditas, ac mutuis sese radiis illustrare quasi duo sydera videantur. Magnum est enim virginem esse,
sed virginem matrem esse longe amplius procul omni modo. Vere etiam illud molestissimum tedium quo reliquie omnes
gravide mulieres laborare noscuntur sola non sensit, que sine libidinosa voluptate concepit virum et in ipso suo

corruptionis inicio que potissimum cetere virgines miserabiliter affliguntur. Maria tota alacritate montana conscendit ut elizabeth
ministraret portans prorsus illud depositum. portans onus illud leve portans a quo portabatur. Hic et in partu conclusit
que nova exultacione novam edidit prolem. sola inter mulieres a communi maledicto et dolore parturiencium aliena. Si rerum
seriem de virtute pensemus nichil hic preter virtutes invenies. Denique in omnibus istis ut prima solum dixi est nec hec
sequentes. In quibus nos si ea fideliter intuemur sine dubio admiracionem capimus. si veneracionem. si devocionem. si consolacionem
certum quod restat adhuc et imitacionem requirit. Hoc est quod nobis ante ortum tam multiplicale multis quam modo prenunti
ducitur celitus prenunciari. sed ut ab archangelo gabriele tam nove salutacionis obsequio honorari [illegible] ac tota dono
gratie nobis plane sentencia sua sibi. Sola tamen est de qua dicitur quod in ea natum est de spiritu sancto est. Cum dicitur quod ex te
nascetur sanctum vocabitur filius dei. Offeruntur regi virgines post eam. proxime eius. Ad primatum sola vendicat sibi
multo magis aut sola sine corrupcione concepit sine gravamine tulit sine dolore filium peperit. Itaque nichil horum
a nobis exigitur. sed exigitur plane quam nichil. Nunquam enim si defuit mansuetudo pudoris. si humilitas cordis. si magnanimitas fidei. si compassio mentis negligenter nimis minuerit singularitas commendabit. Pretiosa sane gemma in diademate
mitas in capite stella rubor in facie honestis verecundie. An vero quis putat quod hac caruit gratia que gratia plena fuit.
pudibunda fuit maria in ewangelio [illegible] plane ubi enim alii loquuntur ubi presumptuosa videtur. Foris stabat querens
loqui filio nec materna auctoritate aut sermonem interrupit aut [illegible] irruit in qua filius loquebatur. In omni denique
toto in ewangelio ... si bene meminimus non nisi quater maria loquens auditur. Primo quidem angelo. sed cum iam semel atque
iterum allocutus fuisset. Secundo ad elizabeth. cum vox salutacionis eius iohannem exultare fecit in utero ut ea magnificante
mariam ipsa magis dominum magnificare curavit. Tercio ad filium cum esset annorum XII. quia ipsa et pater eius dolentes quesissent
eum. Quarto in nupciis ad filium et ministros. Et quidem sermo ille [illegible] indicio ingenite mansuetudinis et virginalis verecundie
fuit. Aliorum quippe verecundiam suam reputans sustinere non potuit vini difficultatem. Ubi sane nimis inter parata a
filio nec ille vidit. ut tamen desperavit ministros admonet facere quod diceret eis. Nunquam non admissa venisse pastores
et primam cum ihesum mariam invenisse leguntur. Invenerunt autem ewangelio mariam et ioseph et infantem positum in presepio
Hic et magi quod si recolitis non sine maria matre eius puerum invenerunt. et inducens in templum dominum templi dominum
multa quidem a symeone audivit tam de eo quod de seipsa ad loquendum tarda velox ad audiendum. Et quidem maria
conservabat omnia hec conferens in corde suo. Et in hiis omnibus neque de ipso incarnacionis dominice sacramento quicquam verbum
repies. Ve nobis qui spiritum habemus in naribus. Ve qui totum proferimus spiritum qui iuxta illud comici plenum rimarum ef
fluimus undique. Tociens denique maria filium audivit non modo turbis loquentem in parabolis. sed et discipulis seorsum
regni dei misteria revelantem. vidit miracula facientem. vidit deinde in cruce pendentem. vidit expirantem. vidit eciam
resurgentem. vidit et ascendentem. Et in hiis tamen omnibus quociens verecundissime virginis. quociens pudicissime turturis
vox memoratur audita. Denique legis in actibus apostolorum quod redeuntes a monte oliveti erant perseverantes in oracione
cum si forte maria affuit. nominetur que super omnes est. tamen filii prerogativa quam sue privilegio sanctitatis. Petrus et andreas
aut iacobus et iohannes et ceteri qui sequuntur. Hii omnes perseverabant in oracione unanimiter cum mulieribus et maria matre ihesu
Ita ne et mulierum sese ultimam exhibebat ut novissima omnium poneretur. Ve carnales adhuc discipuli quibus nec dum erat
ihesus glorificatus. quod facta est deinceps inter illos de primatu. cum maria quanto maior erat humiliaret se non modo in omnibus
sed et pro omnibus. Merito facta est novissima prima que cum prima esset omnium sese novissimam faciebat. Merito facta est omnium
domina que se omnium exhibebat ancillam. Merito denique super angelos exaltata est que et infra viduas et penitentes
infra eam de qua eiecta fuerant septem demonia ineffabili sese mansuetudine inclinabat. Obsecro vos filioli
emulamini hanc virtutem. si mariam diligitis. si studetis ei placere emulamini modestiam eius. Nichil enim tam homini
nil tam congruum christiano maxime quam modestum nichil ad eo decet. Et quidem manifesta satis in virgine ex hac ipsa mansue
tudine virtutis humilitatis elucet. In quam collactanee sunt humilitas et mansuetudo in eo confederate germano qui dicebat
discite a me quia mitis sum et humilis corde. Hic enim mater presumptionis elacio. sic mansuetudo vera non nisi ex vera
humilitate procedit. Nec in sola tamen marie taciturnitate commendatur humilitas sed eminencius resonat in sermone. Audierat
quod ex te nascetur sanctum vocabitur filius dei. et nichil aliud quam ancillam eius se esse respondit. Inde ventum est ad
elizabeth et continuo virginis gloria singularis eidem per spiritum revelata. Denique et mirabatur personam venientis dicens
unde michi hoc ut veniat mater domini mei ad me. Commendabat et vocem salutantis adiciens. Ubi facta est vox
salutacionis tue in auribus meis exultavit in gaudio infans in utero meo. Et beatificabat fidem credentis. Beata
inquiens que credidisti quoniam perficientur in te que dicta sunt tibi a domino. Magna quidem preconia. Sed devota humilitas.

nil sibi passa retinere in eum magis universa refudit cuius in se beneficia laudabantur. Tu inquit magnificas matrem domini sed
magnificat anima mea dominum. In voce mea filium perhibes exultasse in gaudio sed et exultavit spiritus meus in deo salutari meo
et ipse tamquam amicus sponsi gaudio gaudet ad vocem sponsi. Beatam esse dicis que credidit et credulitatis et beatitudinis causa
respectus est superne pietatis ut ex hoc beatam me dicant omnes generationes quia ancillam et humilem et exiguam respexit deus.
Putatisne putas sanctam elizabeth errasse in eo quod per spiritum utique loquebatur. Absit. Beata plane quam respexit
deus et beata que credidit. Hic enim magnus divine respectionis extitit fructus. Ineffabili siquidem artificio spiritus superveniens
tante humilitati magnanimitas tanta in secretario virginei cordis accessit ut quemadmodum de integritate et fecunditate
supra diximus hee quoque nichilominus stelle fiant ex respectu mutuo clariores. Quia nec humilitas tanta minuit magnitudinem nec
magnanimitas humilitatem sed cum in sua estimatione tam humilis esset nichilominus in promissionis credulitate magnanimis. Et que
nichil aliud quam exiguam se reputabat ancillam ad incomprehensibile hoc misterium et admirabile commercium ad inscrutabile
sacramentum nullatenus dubitaret electam et veram dei atque hominis genitricem crederet mox futuram. Agit hoc nimirum in cordibus
electorum humilitatis et magnanimitatis commixtio gratie prerogativa divine ut eos nec humilitas pusillanimes faciat nec magnanimitas
elatos sed hec magis cooperantur in bonum ut non solum nulla ex magnanimitate subintret elatio sed hinc maxime proficiat humilitas
ut inveniantur per ea amplius timorati et largitori munerum non ingrati. Ac vicissim ex occasione humilitatis pusil-
lanimitas nulla surrepat sed quominus de sua quisque vel minima presumere consuevit eo amplius etiam in magnis quibusque de divina
virtute confidat. Martyrium sane virginis quam inter stellas diadematis eius si meministis duodecimam nominavimus tam
in Symeonis prophetia quam in ipsa dominice passionis hystoria commendatur. Positus est hic ait beatus senex de puero Ihesu in signum
cui contradicetur. Et tuam ipsius animam ad Mariam autem dicebat pertransibit gladius. Vere tuam o beata mater animam pertransibit gladius.
Alioquin non nisi eam pertransiens carnem filii penetraret. Et quidem postea quam emisit spiritum tuus ille Ihesus omnium quidem
sed specialiter tuus ipsius plane non attigit animam crudelis lancea que ipsius non pepercit mortuo cui nocere non posset
aperuit latus sed tuam utique animam pertransivit. Ipsius nimirum anima iam ibi non erat sed tua plane inde nequibat avelli. Tuam ergo
pertransivit animam vis doloris ut plus quam martyrem matrem non immerito predicemus in qua nimirum corporee sensum passionis excesserit compassionis affectus.
An non tibi plus quam gladius fuit sermo ille revera pertransiens animam et pertingens usque ad divisionem anime et spiritus. Mulier
ecce filius tuus. O commutationem. Iohannes tibi pro Ihesu traditur servus pro domino discipulus pro magistro filius zebedei pro filio dei homo
purus pro deo vero. Quomodo non tuam affectuosissimam animam pertransiret hec auditio quando et nostra licet saxea licet ferrea pectora sola
recordatio scindit. Non miremini fratres quod Maria martyr in anima fuisse dicatur. Miretur qui non meminit audisse se Paulum
inter maxima gentium crimina memorantem quod sine affectione fuissent. Longe id fuit a Marie visceribus longe sit etiam
a servulis eius. Sed forte quis dicat. Numquid non sperabat continuo resurrecturum et fidenter super hoc doluit crucifixum et
vehementer. Alioquin quisnam tu frater aut unde tibi hec sapientia ut magis mireris Mariam compatientem quam Marie filium patientem.
Ille mori corpore potuit ista commori corde non potuit. Fecit illud caritas qua maiorem nemo habuit fecit et hoc caritas
cui post illam similis altera non fuit. Iam te mater misericordie per ipsum sinceritatis tue mentis affectum tuis iacens provoluta pe-
dibus luna mediatricem sibi apud solem iustitie constitutam devotis supplicationibus interpellat ut in lumine tuo videat lumen
et solis gratiam tuo mereatur obtentu quam vere adamavit pre omnibus et ornavit stola glorie induens et corona pulchritudinis
ponens in capite tuo. Plena es gratiarum plena rore celesti innixa super dilectum deliciis affluens. Ciba hodie pau-
peres tuos domina ipsi quoque catelli de micis edant. Nec solum puero Abrahe sed et camelis potum tribuas de supereffluenti
ydria tua quia tu vere puella es predestinata et preparata altissimo filio qui est super omnia benedictus in secula amen. Item de eodem sermo

Hanc eandem virginitatem amplectitur celum prudentia terra memoria veneratur. Sic nimirum tamquam bonum illic possidebit. Hic
recordationis invenit ibi sanctitas. Hic terminus querela libationis principiorum ibi tres et hic nomen domini nostri. Non
tum memoriam et memoriale tuum in generationem et generationem. Generatio et generatio non angelorum sed hominum est.
Vis scire quod nomen eius et memoriale in nobis est presentia in excelsis. Sic orabitis. Pater noster qui es in celis.
Fidelis oratio cuius ipsa principia et divine adoptionis et terrene peregrinationis admoneat. Et hoc scientes quia quamdiu non
sumus in celo peregrinamur a domino gemimus in terra nosmetipsos adoptionem filiorum expectantes presentiam utique patris. Sic utique
proinde et de Christo propheta loquitur. Spiritus ante faciem nostram Christus dominus in umbra eius vivemus inter gentes. Illa vero
celestes quidem beatitudines non in umbra vivunt sed potius in splendore. In splendoribus sanctorum ex utero ante luciferum genui te
dominus id quidem pater et mater sane eundem spiritum in splendore non genuit sed in umbra. Non nisi ea tamen quam obumbravit
altissimi virtus. Proinde canit ecclesia non illa quidem ecclesia sanctorum que in celis et in splendore est sed que interim peregrinatur
in terra. Sub umbra eius quem desideraveram sedi et fructus eius dulcis gutturi meo. Lucem quippe meridianam
ubi pascit sponsus sibi petierat indicari sed repulsa est et pro plenitudine lucis umbram pro satietate interim gustum
recepit. Denique non ait Sub luce eius sed Sub umbra eius quem desideraveram sedi. Non enim ipsi apparebat umbra
sed ipsum viri perfecto meridie lumine plenum de lumine pleno. Et fructus eius ait dulcis gutturi meo. Hoc sibi dicat.

consuevit

expressit compassionis

gustui meo. Utique non patitur ut dimittis me ut gluciam salivam meam. Utique manet illa suavitas. Gustate et videte quoniam
ego sum deus. Et quidem suavis gustui et dulcis gutturi. Ut minus etiam super est sponsa prorumpit in vocem gratiarum actionis
et laudis. Sed quid dicit. Comedite amici et bibite et inebriamini karissimi. Iusti epulentur ait propheta sed in conspectu dei
utique non in umbra. Et de se ipso Saciabor ait cum apparuerit gloria tua. Sed et dominus ad apostolos ait Vos estis qui permansistis
mecum in temptationibus meis et ego dispono vobis sicut disposuit mihi pater meus regnum ut edatis et bibatis super mensam
meam sed ubi. In regno meo inquit. Beatus plane qui manducabit panem in regno dei. Benedictum sit utique nomen tuum
per quod utcumque interim in nobis ad dominum per fidem in cordibus habitat quia nomen tuum iam invocatum est super nos. Sed adveniat
etiam regnum tuum. Veniat quod perfectum est et evacuetur quod ex parte est. Habetis ait apostolus fructum vestrum in sanctificationem finem vero
vitam eternam. Vita eterna fons indeficiens qui universam irrigat superficiem abyssi paradisi. Nec modo irrigat sed inebriat
fons ortorum puteus aquarum viventium que fluunt impetu de Libano. Et fluminis impetus letificat civitatem dei. Quis vero fons
vite nisi Christus dominus. Cum Christus dominus inquit apparuerit vita vestra tunc et vos apparebitis cum ipso in gloria. Hanc ipsa sese plenitudo
exinanivit ut fieret nobis iustitia et sanctificatio et remissio necdum apparens vita et gloria et beatitudo. Derivatus est fons usque ad
nos in plateas derivate sunt aque licet non bibat quis eis alienus. Descendit per aqueductum vena illa celestis non tamen
fontis exhibens copiam sed stillicidia gratie arentibus cordibus nostris infundens. Aliis quidem plus aliis minus. Plenus equidem
aqueductus ut accipiant ceteri de plenitudine sed non plenitudinem ipsam. Advertistis iam nisi fallor quem velim dicere aque-
ductum qui plenitudinem fontis ipsius de corde patris excipiens nobis edidit illum. Sed non prout est saltem prout capere poteramus.
Nostis enim cui dictum est Ave gratia plena. An vero invenire miramur tanta fuerit aqueductus
unde talis ac tantus fieret aqueductus
cuius nimirum summitas instar profecto scale illius quam vidit patriarcha Iacob celos tangeret immo et transcenderet celos et hu-
iusmodi illam aquarum que super celos sunt posset attingere fontem. Mirabatur et Salomon et velut desperanti similis aiebat Mulierem for-
tem quis inveniet. Nimirum propterea tanto tempore humano generi fluenta gratie defuerunt quia necdum intercedebat de quo loquimur tam
desiderabilis aqueductus. Nec mirabimur diutius expectatum si recordemur quot annis Noe vir iustus in arcae fabrica laboravit
in qua pauce id est octo anime salve facte sunt. Et quod satis ad modicum temporis. Sed quomodo hic noster aqueductus fontem illum attigit
tam sublimem. Quomodo putas nisi vehementia desiderii nisi fervore devotionis nisi puritate orationis sicut scriptum est Oratio
iusti penetrat celos. Et quis iustus si non Maria iusta de qua sol iustitie ortus est nobis. Quomodo ergo illa inaccessibilem attigit
maiestatem nisi pulsando petendo querendo. Denique et quod querebat invenit cui dictum est Invenisti gratiam apud dominum.
Quid plena est gratia et gratiam adhuc invenit. Digna prorsus inveniens quod querit cum propria non sufficit plenitudo nec pro suo
esse contenta bono sed quemadmodum est qui bibit me adhuc sitiet petit superabundantiam ad salutem universitatis. Spiritus sanctus
superveniet in te et preciosum illud balsamum tanta tibi copia tanta quoque plenitudine influet ut copiosissime effluat undique.
Ista enim iam sentiunt iam congratulantur facies nostre in oleo. Iam clamant Oleum effusum nomen tuum et memoriale tuum
in generatione et generationem. Non in quidem non inaniter et si oleum effunditur non perit. Propterea siquidem et adolescentule puelle
diligunt. Sed ait sponsum diligunt atque non parceret unguentum descendens de capite non modo barba sed et ipsa vestimenti ora suf-
fundit. Intuere o homo consilium dei agnosce consilium sapientie consilium pietatis celesti rore aream rigaturus totum vellus prius
infudit. Redempturus genus humanum pretium universum contulit in Mariam. Ut quid hoc. Forte ut excusetur Eva per filiam et
querela viri adversus feminam deinceps sopiretur. Ne dixeris ultra o Adam Mulier quam dedisti mihi dedit mihi de ligno vetito.
Dic potius Mulier quam dedisti cibavit me fructu benedicto. Piissimum sane consilium sed latet forsitan aliud non totum est.
Verum id quidem ut tu sed parum ni fallor desideriis nostris. Dulcedo lactis est alioquin forte si foveris premimus et pinguedo
butyri. Altius ergo intuemini quanto devotionis affectu a nobis eam voluit honorari qui totius boni plenitudinem posuit
in Maria ut proinde si quid spei in nobis est si quid gratie si quid salutis ab ea noverimus redundare que ascendit deliciis
affluens. Ortus plane deliciarum quem non modo afflavit sed et perflavit veniens et superveniens auster ille divinus ut
undique fluant aromata eius carismata scilicet gratiarum. Tolle corpus hoc solare quod illuminat mundum ubi dies. Tolle Mariam
hanc maris stellam utique magni et spaciosi quid nisi caligo involvens et umbra mortis ac densissime tenebre relinquuntur. Totis ergo medullis cordium
totis precordiorum affectibus et votis omnibus Mariam hanc veneremur quia sic est voluntas eius qui totum nos habere voluit per Mariam.
Hec inquam voluntas eius sed pro nobis. In omnibus siquidem et per omnia providens miseris trepidationem nostram solatur fidem excitat
spem roborat diffidentiam abigit erigit pusillanimitatem. Ad patrem verebaris accedere solo auditu territus ad folia fugie-
bas. Ihesum tibi dedit mediatorem. Quid non apud talem patrem filius talis obtineat. Exaudietur utique pro reverentia sua. Pater
enim diligit filium. An vero trepidas ad ipsum. Frater tuus est et caro tua per omnia temptatus absque peccato ut misericors fieret.
Hunc tibi fratrem Maria dedit. Sed forsitan et in ipso maiestatem vereris divinam quod licet factus sit homo mansit tamen deus. Advocatum
habere vis ad ipsum. Ad Mariam recurre. Pura siquidem humanitas in Maria non modo pura ab omni contaminatione sed et
pura singularitate naturae. Nec dubius dixerim exaudietur et ipsa pro reverentia sua. Exaudiet utique matrem filius et

vel quod caligo involvens

id est pena corporis paupertas, sive mentalis et humilitatis obediencia. Nam per multos tribulaciones
intrare nos oportet in regnum celorum. Et qui volunt esse divites sicut incidunt in temptacionem et in laqueum dyaboli et que
a deo suo contemnunt inobediencia. Sine dubio per obedienciam recto ad deum redit tramite. Hec itaque sibi invicem compacta unitate
Nam et pena corporis ut divicias stabilis nec obediencia sine pena facile potest esse districta. Et paupertas in voluptate
et propria voluntate instabilis est ut glosa. Aliud vero compositum vide si non perfecte tibi ... convictum
periculum ... et superbia vite. Ante magis compositum ut in pena quidem minime impacientem. In paupertate vero
cupiditatem. Simpliciter in obediencia caveas proprie voluntatis. Nam et qui munera ut a ... pereunt. Et quod volunt divites
fieri incidunt in laqueum dyaboli. Sed et illud quod refert si forte quod absit non quidem divicias sed causa quam paupertas sit
tanto affectu desiderens aut eciam audeas quod divicias cupiat homines seculares. Aliud distat quamquam substancia desiderat
dum equaliter sit corruptus affectus nisi quod tolerabilius illud videri potest quamquam plurimis sit plurimum desiderare. Porro
si quis aperte vel occulte satagit ut quod licet ipse sibi prelatus iniungat ipse se seducit si forte illud sibi de
obediencia blandiatur. Neque enim in ea re ipse prelato sed magis ei prelatus obedit. Unitum quod in modo simus salvatoris
In qua mensura mensi fuerimus remetietur nobis. Bonum est homini ad cumulum hoc ut dicitur sit modo quibus mensura
bona confertam et coagitatam et supereffluentem dabunt in sinum vestrum. Sufficiat enim ad salutem molestias corporis
sive pacienter sed cumulus est eciam eas in fervore spiritus amplecti. Sufficere potest superflua non requirere. Nec propter ipsa
si forte desunt necessaria murmurare. Sed cumulus est eciam consultare et libenter querere quo alius magis habeat et ipse
pervenias paratus. Sufficit quoque ad salutem si nec impaciam ut aliqua fraude ad id quod desideras invitum velis prelati
animum inclinare. Sed cumulus est eciam fugere ea quibus voluntatis proprie sensibus oblectatur. Contra sane bona gesta potes
Porro prelati quidem ipsi sunt qui descendunt mare in navibus facientes operacionem in aquis multis. Hoc enim certe potest
aqua seu vadi semita ... ut libere possint usque quaque discurrere et cetera singulis ut omnes ac diligere
pontis semitaque seu vadum investigare ordinate contrariis. Denique ascendunt usque ad celos et descendunt usque
ad abyssos. Nunc quidem spiritualia tractantes atque sublimia nunc infirma et humilia fratrum condicentes. Sed que
potuit navis invenire que tam inanes sustineat fluctus et in tanto possit esse secura discrimine. Utique fortis ut
mors dileccio dura sicut infernus emulacio. De qua et alibi legis quia aque multe non potuerunt extinguere caritatem.
Navis est et omnis necessaria navis ista prelato tribus compacta lateribus que est utique navem forma ut modo paulus docet.
Caritas de corde puro et consciencia pura ac bona et fide non ficta. In puritate quidem cordis inde eo prelatus habeat
ut prodesse desiderat non preesse. Sed ut proprium commodum vel honorem secularem vel aliud quid inpiam sive in prelacione non querat

sit duplicatio dei et animarum salute sed cum intentione prima reprehensibilis quam necessaria est correctio vt fratres suos corrigere incipiat
facere et docere per regulam magistri mei, quemadmodum discipulis docuit esse contra sed in suis actibus indicat non agenda ne forte
submurmurare possit et dicat Medice cura teipsum. Talis enim occasio plurima disputatio prelati prelatum subditorum predicto
est. Non quod ego id bene caveam, ideo sic loquor, sed et mihi et omnibus propter vitiis clamat quod oportet inreprehensibilem esse
eum qui preest ut secura conscientia cum domino dicat reprobantibus verbum. Quis vestrum vobis arguet me de peccato. Non quod sine peccato
penitus esse possit in hac misera vita, sed quod ea que arguit in discipulis oportet summopere vitare magistrum. Addit qualiscumque
in conscientia talis sit necesse est in occulta cogitatione ne videlicet foris humilis intus sit in corde suo presumens de sapientia seu
fortitudine sua quod est sine dubio fides ficta qui non sentit quod dicit humilitas conversationis. In sola divina pietate confide et
vide quod ipse scrutans renes et cordis sit puritati conscientie bone et fidei non ficte convenire videatur. Alia quoque apostoli verba et
dicta per minimo est ut a vobis iudicer etc. Non me iudico nihil enim mihi conscius sum quod merito aliquid cognoscam sed quod
iudicat per minimo mihi est ut a vobis iudicer propter conscientiam bonam et inreprehensibilem conversationem. Qui autem iudicat
me dominus est. Ut etiam in eo solo spem suam ponitam esse docet humiliatam sub potenti manu altissimi. Sed et id
tu iudica utrum possit huius modi aptari tertia petri interrogatio ut hic sit dicere amas me, amas me, amas me,
hec autem de corde puro conscientia bona et fide non ficta. Unde sequitur denuo interrogatio, piscator hominum constituendus.

In festo sancti michaelis.

Angelorum memoria celebratur et exigit debitum pro tanta solemnitate sermonem. Sed quid de angelicis spiritibus vilis loquatur vermiculus. Credimus sane et indubitata fide tenemus, divina eos presentia et visione beatos sine fine letari in bonis domini que nec oculus vidit nec auris audivit nec in cor
hominis ascendit. Quomodo ergo de his loquar hominibus et que nec ipse quidem cogitare nec illi saltem audire sufficiant.
Profecto si quod habundantia cordis os loquitur silent necesse lingua necesse est pro inopia cogitationis. Attende si in illud est
ad nos loqui de ea claritate et gloria qua in semetipsis ymo in deo suo angeli sancti multis modis supereminent cor-
dibus, de ea qua nobis exhibent loquamur gratia et caritate. In supernis enim spiritibus non solum admirabilis dignitas
sed admirabilis dignatio invenitur. Dignum proinde fratres ut gloriam capientes tanto magis amplectamur misericordiam
quam in illis constat ineffabilis dignitatis necesse est pro inopia cogitationis. At tu denique apostolus ipse qui raptus usque ad tertium
celum beatus ille tunc meruit interesse atque eius nosse secreta quia omnes sunt administratorii spiritus in ministerium missi
propter eos qui hereditatem capiunt salutis. Nec id cuiquam incredibile videatur cum quidem ipse creator et rex angelorum
venit non ministrari sed ministrare et animam suam dare pro multis. Utquid ergo ministerium illud angelorum quispiam dedignetur
in quo precedit eos cum in excelsis tota sublimitate et felicitate ministrant. Sed et hinc dubitas cui vero testimonium
perhibuit Daniel milia milium ministrabant ei et decies milies centena milia assistebant ei. Alius quoque propheta ad
patrem de filio loquens ait Minuisti eum paulominus ab angelis. Hec plane sic decet ut humiliter putat qui sublimitate
vincebat. Sed quod tanto melior angelis quanto differentius pre illis nomen hereditavit. Sed queris fortasse in quo
differentius eis nomen hereditavit. Sed queris fortasse in quo minoratus sit ab angelis cum ministrare venit qui quidem
ut superius meminimus in ministerium mittuntur et illi. In eo utique quod non modo ministravit sed ministratus est. Erat quoque unus
et idem qui ministrabat et qui ministrabatur. Audi sponsam in cantico canticorum: Ecce iste venit saliens in montibus
transiliens colles. Ministrans enim saliit inter angelos sed et ipsos transiliit ministratus. Ministrant angeli sed de alieno
offerentes deo opera non sua sed nostra. Nobis enim gemitus referentes vero et scriptum est: Quod ascendit fumus aromatum
in conspectu dei de manu angeli. Solvat promisit data incensa ei fuisse multa. Nostros enim sudores non suos
nostras non suas lacrimas offerunt deo. Nobis quoque eius munera referunt et non sua. Non sic minister ille sublimior
nec sic humilior dominus qui semetipsum quoque obtulit sacrificium laudis pro offensis alienis sua nobis ministrans
usque hodie carne sua. Huius utique tanti ministri gratia ministri nostri sunt et dignantur nobis ymo et libenter angeli
sancti ministrent. Christus enim amat nos quoque ipse nos amavit. Legitur quodam in proverbio: Qui me amat amat et canem
meum. Nos vero o beati angeli catelli sumus domini illius quem tanto affectu diligitis. Catelli inquam cupientes saturari
de micis que cadunt de mensa dominorum suorum qui estis vos. Sed hec dicimus fratres ut ampliori devotione erga beatos
angelos fiduciam habeatis ac proinde familiaritate in omni necessitate vestra eorum invocetis auxilia. Sed et dignum in eorum
presentia conversari. Ac magis ac magis eorum nobis conciliare gratiam captare benivolentiam comparare clementiam studeatis.
Cuius rei gratia necnon duos alias quoque vestre caritati appone causas que et beatos angelos pro vestra reddant inspirante
sollicitos absque sua sane amicitate sed non absque utilitate nostra nec ad detrimentum felicitatis sue sed ad nostre
salutis augmentum. Constat sine dubio vestras participes et capaces beatitudinis humanas animas esse angelicae
si dicere id audeam cognatas esse nature. Nec decet vos o beati spiritus consortes legis propter dedignari

qui visitare debetis speciem vestram licet in multis ut ipsi cernitis deiecta sit vilitate. Sed neque arbitremini vos superne civitatis vestre consortio declinare et ruina murorum quos semirutos esse videtis cum instauratorem se desiderat ut dignum est frequenter ante thronum glorie ubi pacis visione stetis. Benigne fac domine in bona voluntate tua Syon ut edificentur muri Ierusalem. Si diligitis decorem domus dei, ymo quia diligitis cupiunt zelo vestro viri et ruina lapides qui soli instauratorem eius pro vobis reedificare. Hic est dilectissimi fructus huius quo de excelso celorum habitaculo ad consolandos ad visitandos ad adiuvandos nos attendunt supereminentes civitates angelorum propter hoc utique cum tanta ergo nos in visceribus ipsi quia ut dignum est mittuntur propter nos in quibus propria sibi nec misantur propter se ipsos quorum ordines instaurandos de nobis toto desiderio prestolantur. Hoc enim parvulorum qui lacte nondum vescuntur et nondum solido cibo proficienda est laus illa magnificentie divine cum habes primicias anglia spiritus sancti nimis delectatione fruuntur. Sed tanto nos avidius expectant quanto consummationis eius expectatione sollicitantur. Sive tamen ita sint, pensate quanta etiam nos sollicitudine opus dilectissimi ut dignos nos exhibeamus eorum frequentia et commode gradiamur in conspectu angelorum ne forte sanctos offendamus aut obtutus. Ve enim nobis qui quos provocati peccatis et negligentiis nostris indignos sibi iudicarent presentia et visitatione sua. Ut iam necesse habeamus et nos plangere et dicere cum propheta: Amici mei et proximi mei adversum me appropinquaverunt et steterunt et qui iuxta me erant de longe steterunt et vim faciebant qui querebant animam meam. Elongatis nimirum eis quorum presentia pellere nos et propulsare poterit inimicum quanto magis ergo nobis honor familiaritatem angelice dignationis tanto amplius caveda nobis sunt eorum offensa et in hiis magis exercendum quibus eos novimus oblectari. Sunt autem plurima que eis placent et que iucunde in nobis delectant ut est sobrietas castitas paupertas voluntaria crebri in celum gemitus et orationes cum lacrimis et cordis intentione. Attamen super omnia hec unitatem et pacem a nobis exigunt angeli pacis. Ut quid non in maiore delectent in hiis que formam quandam civitatis sue reputant in nobis ut mirentur Ierusalem novam in terra. Dico autem ut quomodo civitatis illius participatio est in idipsum sic et nos idipsum dicamus omnes et non sint in nobis scismata sed magis simus unum corpus sumus in Christo singuli autem alter alterius membra. Econtrario vero nichil eque offendit et ad indignationem provocat eos quam dissensiones et scandala si forte inveniantur in nobis. Audiamus sequenter quid loquatur ad Corinthios Paulus. Cum enim sit inter vos zelus et contentio nonne carnales estis et secundum hominem ambulatis. In epistola quoque Iude apostoli legitur: Hii sunt qui segregant semetipsos animales spiritum non habentes. Vide autem homo quemadmodum unitas corporis membris sit. Est consilium. Separa ergo quod vis a membro ceterorum et vide an de cetero vivificet illud. Sic omnis qui dicit anathema Ihesum quod nemo dicit loquens in spiritu dei quia anathema separatio est. Sic est membrum omnis qui ab unitate dividitur. Ne dubitetis quin ab eo recessit spiritus vite. Digne ergo contentiosos qui separant semetipsos apostolus carnales vocat et animales spiritum non habentes. Dicunt ergo illi sancti et beati spiritus ubi scandala invenerint et dissensiones: Quid nobis et quasi conventio huic spiritum non habentes. Nam si adesset spiritus per quem utique caritas diffunditur et unitati non studerent. Et dicunt: Non permaneamus cum hominibus istis nec timendum quia caro sunt. Que enim conventio luci ad tenebras nos de regno unitatis et pacis sumus et hii horum istos in eundem unitatem et pacem spiramus esse venturos. Hec autem qua ratione nobis cohabitant qui dissident a se ipsis. Videtis quod congruat huic sollemnitati evangelica lectio que sic deterret nos a scandalo parvulorum quia quidem tam vehementer angelis displicent scandala. Cum scandalizaverit unum de pusillis istis durum est quod sequitur. Sed iam preterit hora ad missas nobis eundum est. Puto quod non sit vobis molesta dilatio que poterit esse non inutilis si amplius pro his sermo alius diligentius prosequamur. Item de eodem.

Audistis fratres evangelicam lectionem adversus eos qui pusillos scandalizant satis terribiliter intonantem. Nemini blanditur veritas neminem palpat nullum seducit. Aperte denuntiat, quia ve homini illi per quem scandalum venit. Bonum erat ei si natus non fuisset homo ille. Natus sane de mo[...], natus ad vitam, natus de spiritu quia nimirum carne per modum consummatur. Expedit ei si quis est qui scandala suscitat in hac domo in hac sancta et deo placita et angelis eius admodum grata et familiari congregatione. Ut suspendatur in collo eius mola asinaria et per suavi iugo et levi onere salvatoris grandi mole terrene cupiditatis humeris eius imposita demergatur in profundum maris huius magni et spaciosi manibus. Quod est sine dubio stagnum ignis. Ignis enim dampnabile erat ei in stagno magis perire quam in monasterio. Periret sequendum utique est homo qui caritatem non habet et si tradiderit corpus suum ita ut ardeat. Et hec sic dixerim fratres non quia iam aliquem de vobis sentiam aut reguare videatur in vobis nequissimum vicium illud. Sed ut in ea caritate et unanimitate et pace in qua statis in domino solliciti sitis perseverare et habundare magis. Quia enim spes mea et gaudium meum et corona glorie mee unanimitas et unitas vestra in qua gaudeo fraternitatis amatores inveniri et ante omnia mutuam in vobis metipsis caritatem habentes quod est vinculum perfectionis propter quod obsecro vos sic stare in domino karissimi. Multis enim cognoscitur

omnis angeli sancti quod ipsi sunt discipuli, si dilectionem habeant ad invicem. Denique si tenetis memoria quam vobis paulo ante sermone
tradidi triplicem angelice erga nos caritatis et sollicitudinis causam, patet hinc quanta sit dilectionis utilitas magnifice
commendari. Sane facile sequitur considerare est homini qui non diligit proximum nullam ex tribus que tunc diximus suppetere causam.
Numquid enim ubi gratia diligentur ab angelis, si de mutue dilectionis inopia cognoverint nequaquam eius discipulos esse? Numquid
diligentur ab eis propter nosmetipsos in spiritualis nature diligere consortio, immo non si ex eis que inter nos sunt contentionibus
carnales nos magis quam spirituales esse constiterit? Denique numquid diliget nos propter se ipsos et futuram de nobis sue civitatis
restaurationem, si quod absit unum quo solo uniri et coedificari illis possumus deesse nobis viderint gluten caritatis? Si
non invenerint nos lapides vivos qui possunt invicem coherere, sed magis pulverem quem proicit ventus a facie terre, quem
vix ubi flatum in turbine contentionis et suspicionis cuiuslibet levissima aura dispergat. Et hec quidem dixisse sufficiat
pro eo quod ait dominus: Si quis scandalizaverit unum de pusillis istis. Credo enim quod maiori sollicitudine deinceps ab
hac tam nequissima peste cavebitis. Iam vero vos non moneat quod sequitur in evangelio: Si oculus tuus scandalizat te,
erue eum et proice abs te. Numquid enim corporalem hunc oculum monemur eruere aut unam quamque manibus istis similiter et unum abscidere
pedem? Absit a nobis timor carnalis, dico, et ridiculosa cogitatio. Immo vero postquam ab exterioribus scandalis detrunc-
nos sermo dominicus, asper satis sicut audistis, consilium dat quid de eo nobis agendum sit scandalo quod intus patimur,
contrariam invenientes legem in membris nostris. Ipse enim novit figmentum nostrum quod eiusmodi scandalum non tam facile valeat
a nobis evitari. Porro triplex sit scandalum illud quotidianum nobis adiunctum est et compunctum. Intus enim est in nobis.
Sed scandalizat nos oculus noster, et quidem spiritualis intentionis oculus simplex, et quem graviter magis quam minus dicendum est. Sed scandalizat nos oculus
spiritualis intentionis oculus simplex et qui graviter magis quam ... ingerit importune intentionem. Sed denique super hoc salutare consilium
vero a nobis est. Dum voluntas nostra alia inquietat ... si non consentias, si abicias, si resistas. Similimodo de
salvatoris. Erue inquit eum et proice abs te. Hoc autem fiet si non consenseris ... ad alia opera trahit voluntas propria conatur. Manum
manum et pedem est intelligendum. Cum enim bonis operibus intentus ad alia opera trahit voluntas propria, conatur
nostra est que scandalizat nos, sed abscidi debet et proici a nobis ut non consentiamus ei. Hec enim profecto in ista conscientia
et ascendere per gradus scale que Iacob apparuit. At in ipso quod autem propria de virtute in virtutem deficientes ascendere, semper
scandalum patimur a pede, quando pusillanimitas et negligentia nostra qui minus descendere magis ac remissius conatur
sed abscidere eum necesse ut pes gravis qui stat in directo terre possit sine offensione, sine scandalo, sine impedimento.
Ut ait dominus: bonum nobis est ad vitam intrare cum uno oculo aut manu aut pede quam duos habentes mitti in gehennam
ignis. Eos intellige qui voluntatem suam seu bona seu mala sit eque sequuntur et implent duabus viis, nunc bo-
nis nunc mala sectantes, secundum quod valeant desideria sua. Denique multo utilius fuerit grave manibus adherere et ubi ob-
viat propria voluntas abscidere et a semetipso abicere eam. Est autem cum multo tempore in abscisione nostre voluntatis exercitati
aliquis eam dominatur ut distat iam non superbie sed magis sine omni scandalo vel contradictione deo subiecta sit anima
nostra, nec iam abicere necesse sit oculum nostrum. Nempe qui simpliciter adherens oculo suus est et ipse simplex. Ante certe
iam non est alter oculus sed unus cum eo. Quod autem de oculo dictum est, de manu quoque et pede codem intelligendum. Cum
enim voluntas ex affectione et cum desiderio grave cohibet ut nec concupiscat mala agere nec bona nec nova nec inqui-
eta, pax ista porta est felicitatis. Abscisio vero scandalorum et bone quoque gratia suggerit hec plane perfectus est vir. Sed
temptationum victoria fortitudinis illa magis glorie hec vitatis.

Sermo de omnibus sanctis

Festivitatem hodiernam omnium sanctorum cum omni devotione dignum est celebrari. Nimirum si magna videtur
et est beati Petri solemnitas seu beati Stephani aut cuiuslibet sanctorum, quanta ista est que non unius sancti tan-
tum sed omnium. Non ignoratis fratres secularibus id more esse ut diebus festis festiva et convivia pa-
rent, et quanto fuit solemnitas clarior, tanto splendidius epulentur. Quid ergo? Bone et hiis qui conbibunt
rent et quanto fuit solemnitas clarior tanto splendidiusque epulentur. Quid ergo? Non et hiis qui
ad cor cordis delicie sunt inquirende et spiritualibus spiritualia comparanda. Propterea iam patet est ... ...
sunt ora et epulandi tempus advenit. Dignum est enim ut prius anima saturetur quam hec potio sine dubitatione et si
compatione sit potior. Sed et sanctorum solemnitates manifestum est ad animas magis quam ad corpora pertinere, et que
animarum sunt et anime plus accipiant. Quippe nati sunt quadam eis cognatione coniuncte quibus potius quam sancti
anima sunt et anime plus accipiunt. Propterea magis desiderant animarum bona et plus corporis refectionibus delectantur quam et ipsi sanctos
isti compatiuntur amplius. Propterea magis desiderant animarum bona ... molestias et ipsi quoque huius corporis
nobis fuere passibiles et ipsi pergraviter huius desiderande et corporibus impassibiles molestias et ipsi quoque huius corporis
omnes et tumultus seculi et temptationes corpori sunt multi. Nichil itaque dubium quin gratior eis sit et multo acceptabilior
illa festivitas qua intendit epulis animarum quam sit ea que celebratur a secularibus cunctis carnis perfectionibus in desideriis
voluptatum. Unde nobis animarum panis in terra deserta in loco horroris et vaste solitudinis? Unde nobis sub
sole spiritualis cibus, ubi nichil est nisi labor et dolor et afflictio spiritus? Sed scio qui dixerit: Petite et accipietis.
Et illud: Si vos cum sitis mali nostis bona data dare filiis vestris, quanto magis pater vester de celo dabit spiritum
bonum petentibus se. Nec ignoro quod ab ipso tota die ac nocte peteritis medicantes dari vobis panem.

de celo vivum non eum qui corpus roborat sed qui confirmat cor hominis. Ita quinimmo quidem non ausus dicere sed medicum sumus in p
benda dei viventes. Ascendit in montem. Iacentes enim iamdudum regis primitus verbis plenum et cupiebas satiari. Ymmo vel
sustentari de micis que cadunt de mensa dominorum suorum quorum celebrant hodie sollempnitatem. Nempe delicias affluunt
et mensuram acceperunt bonam et confertam et coagitatam et supereffluentem. Confidimus autem quod eciam quod dedit nobis.
Chaos enim magnum et distancia est multa nimis inter libertatem et benignitatem dei et avari divitis crudelitatem. Propterea dedit
nobis hodie pater meus panem. Precenem magis precium esse necesse est eciam misericordia. Dedit mihi panem nobis de celo et
cibaria in habundancia quorum utinam ego cocus fidelis. Utinam autem mea coquina utilis videatur. Siquidem ad preparandum fercula
ista tota hac nocte concaluit cor meum et in meditacione mea exardescit ignis. Ille sine dubio quem dominus ihesus misit
in terram et voluit vehementer accendi. Spirituale etenim cibum et coquinam et ignem habere necesse est spiritualem. Superest enim ut dis
tribuam que parari. Vos autem considerate porcius devotionem domini quam ministri distribuentis. Ego quidem in me est nichil aliud sit
quam humus vester robustum pater et mater sicut ipse dominus nominat medicans panem de celo et almoniam vite. Propterea non ego do
vobis sed pater meus ipse dat vobis panem de celo verum. Ipse nos pascat operibus et sermonibus eciam et nunc filii sui qui verus
est cibus. Nam et de operibus lego. Meus cibus est ut faciam voluntatem patris mei. Et de verbis. Non in solo pane vivit
homo sed in omni verbo quod procedit de ore dei. Ergo nunc tamquam cibum hominis sicut omnis verbus, porro illa eciam illibatum dominici
corporis sacramentum in altaris mensa sacra ipso presto preceptum. Legimus in evangelio hodie quod videns ihesus turbas as-
cendit in montem. Predicante enim domino de civitatibus et de castellis populi sequebantur quorum salvabat animas sanabat
corpora et abiciebant et affectu pater et aspectu illius delectati cum nimirum vox suavis et eloquium dulce et facies eius
decora. Sicut scriptum est. Speciosus forma pre filiis hominum diffusa est gracia in labiis tuis. Talis est quem nos sequimur
eum adhemia desiderabilis in quem non solum populi sed et ipsi quoque angeli desiderant prospicere. Cum vos suavius appone
nimirum hee sunt delicie angelorum. Gustate proinde et videte quam suavis est dominus et huic suavitati huic pulcritudini que
vero trahitur de oculis omne quod desideratur non valet comparari. Quid enim mirarer in sole splendorem in flore pulcritudinem
in pane saporem in terra fecunditatem. Sed a deo hec vniversa data sunt. Nec dubium quin multo amplius refulgeat hic quam dedit
creaturis. Iam nunc hoc ociosum putemus quod ascendit in montem. Nimirum quod tanto eius predictum est. Super a longe clamat propheta
super montem excelsum ascende tu qui evangelisas syon qui evangelisas iherusalem. In qua ascensione si vos melius
non habetis ego illud intelligendum puto quod in micio actuum apostolorum beatus lucas meminit dicens primum quidem sermonem
feci de omnibus o theophile que cepit ihesus facere et docere. Utique non more phariseorum qui alligabant onera gravia
et importabilia et imponebant ea in humeros hominum digito autem suo nolebant ea movere. Sed non bonus autem promissor est
iste et plenum in confirmans cor hominis fiducialiter. Sequor te domine quocumque ieris et sicut mecum viam mandatorum tuorum
sciens quod per eam processerit ipse. Currere mihi viam mandatorum tuorum currit qui quidem venit quod a summo celo egressio eius
ad excelsa viam habuit et occursus eius usque ad summum eius fuit. Per hanc viam non possum ego sequi in huc montem. Ergo pigra
mastica. Vos estote animalia munda et ruminancia ut fiat sicut scriptum est. Thesaurus in ore sapientis desiderabilis
requiescit. Cogit enim stringere forsitan et prodere verbum tamen brevitas horum quam materie magnitudo. Videns turbas ille
ascendit in montem videns multitudinem innumeram qui erant sicut oves non habentes pastorem. Quid est quod prius quam docere
inciperet, ascendit in montem nisi quod in hoc ipse docuit necesse habere predicatores verbi dei desiderantes animi et conversatione
sua ad sublimiora tendere et virtutum conscendere montem. Et cum sedisset accesserunt ad eum discipuli eius. Cum sic inquit sedisset.
Alioquin quis excelsum illum gigantem posset accedere. Benignissime prorsus inclinat et residet usque ad sessionem
ita ut dicat propheta. Tu cognovisti sessionem meam et resurrectionem meam. Sedit enim ut ad eum quem nec ipsi quidem angeli
stantem attingere poterant et publicani et peccatores accederent. Accedebat maria magdalene accedebat et latro
de cruce. Et cum sedisset accesserunt ad eum discipuli eius. Accesserunt non tam incessu pedum quam affectu cordis et imitacione
virtutum. Non autem non turbe, non quilibet de populo accessisse dicuntur quibus sic testamentum vetus et datum lex in monte
syna solo moyse ascendente et populo consistente deorsum. Sic et modo suscipiunt montes pacem populo et colles iusticiam
et velut in tenebris quibusdam et in occulto dicuntur apostolis quod postea dicerent in lumine ut audivere in aure quod predicarent
per modum super tecta. Vide sequitur. Et aperiens os suum docebat eos. Aperuit nunc os suum qui prophetarum prius aperuerat
ora. Hinc est quod legitur in persona propheta dicente domine labia mea aperies et cetera. Nunc autem qui multiphariam multisque modis
locutus fuerat in prophetis deinde suo ipsius ore locutus est tamquam si dicat. Ego qui loquebar ecce assum. Vide quam audierit
in carne loquentem sapienciam. Vide qui verbi dei verba ab ipsius ore percipere meruerunt. Vnitum quod audierunt illi et adhuc
refunditur nobis et audire ipsum possumus et si quodammodo non ab ipso. Aperiens os suum docebat eos dicens. Beati
pauperes. Vere aptum est os eius in quo omnes thesauri sapiencie et sciencie sunt reconditi et cuius hec doctrina.

et in apocalipsi loquitur: Ecce nova facio omnia. Qui per prophetam olim dixerat: Aperiam os meum, eructabo abscondita a constitutione mundi. Quid enim tam absconditum quam paupertatem esse beatam? At tamen veritas loquitur, que nec falli nec fallere potest. Ipsa est que dicit: Beati pauperes spiritu. Sed vos insensati filii Ade, divicias queritis, divicias desideratis, usque adhuc enim beatitudo pauperum divitum comedebatur predicata in mundo cantata sit omnibus. Querat eas paganus qui sine deo vivit, querat iudeus qui terrenas promissiones accepit. Sed qua fronte magis quam mente christianus divicias querit postquam Christus beatos pauperes esse predicat. Filii alieni quorum os vanitate loquitur, os vestrum ut beatum dicatis populum cui hec sunt. Hec visibilia hec peritura, cum filius dei os suum aperiens locutus sit veritate beatos esse pauperes et ve divitibus. Sed diligenter attende quod non simpliciter pauperes nominat propter plebeios pauperes necessitate miserabili non laudabili voluntate. Hos equidem confitemur eis apud divinam bonitatem magis hac ipsa afflictione sue miserie, sed tamen hec divini in loco non de hiis fuisse locutum, sed de hiis qui dicere possunt cum propheta: Voluntarie sacrificabo tibi. Quid ut voluntaria quidem paupertas omnis laude sit apud deum. Ita et petrus omnia sua reliquisse legitur ut expedita mundialibus curis studio vacaret possit vacare libidini et volebat censum habundare divino ut haberet magis in spiritu suo. Hoc distinxit voluntate. Beati ergo pauperes spiritu, spirituales scilicet intencione, desiderio spirituali propter solum beneplacitum dei et animarum salutem. Quoniam ipsorum est regnum celorum. Sed quis est qui sic loquitur, qui sic beatificat pauperes et dicitur putas potius verum esse? Certe sine dubio quidem et rex est et potens qui promittit. Sed minimum mirum videbitur ei? An non licet michi facere quod volo? An oculus tuus nequam est quia ego sum bonus? Sed tu iure indignatus es pro eo quod adversum me te exaltare voluisti. Nove qui se humiliat propter me sit exaltandus. Et ut scies si infirmus ille e celo eiectus est qui affectavit celsitudinem altitudinem concupivit, sublimitate presumpsit. Nove consequens est beatos esse qui sponte in paupertatis humilitatem sese deponunt et in hoc divinam promissionem ipsorum esse regnum celorum quod perdidit ipse. Et attende quod sapienter ordinavit sapientia contra primum periculum remedium primum opponens. Nec apertius dicat: Vis obtinere celum quod perdidit superbiens angelus, se confisus in virtute sua et in multitudine diviciarum suarum, paupertatis humilitatem amplectere et tuum erit. Sed

Beati mites quoniam ipsi possidebunt terram. Bene optime sic enim oportebat commendari paupertatem mansuetudine [illegible]. Qui omnia relinquentibus prima solet esse temptacio de molestiis corporis et afflictione nimis insolita. Quid vero paupertas prodest si quod absit pauperum minime decedit fratres compassionis et impacientes displicet. Optime ergo post regnum promissionis nunquid aut aliud regnum velut in terra datur, ut secundum scripturam promissionem habeat vite que nunc est et future, et de consolatione futura sua sit expectatio futurorum. Beati mites quoniam ipsi possidebunt terram. Hanc ergo terram corporis mei intelligo, quod si possidere vult anima, si regnare desiderat super membra sua, necesse est ut ipsa sit mitis et superiori suo sit subiecta, quia talem inveniet sui inferioris qualem se exhibuit suo superiori. Armatur enim contra eam ad ulciscendam sui iniuriam creatoris et ut novit anima que rebellem se invenit contra creatorem suum. Se ergo mitis quam oportet superioribus potestatibus esse subiecta manifestat ipsa et humiliatur sub potenti manu altissimi, subiecta sit deo et hiis propter quem vice hec obedire prelatis, et totum corpus suum inveniet obediens et subiectum. Veritas enim est que loquitur: Beati mites quoniam ipsi possidebunt terram. Et vide si non adversus stetit peccati rebellio. Secunda veritas enim est que [illegible] inquietudine spiritus agitata et mi[illegible] processit medicina. Prima sequitur passi ante [illegible] ruina eua [illegible] inquietudine spiritus agitata. Et ut [illegible] processit medicina prima sequitur [illegible] iugum suave et leve onus abiciens quem corporale voluit ut de manu domini [illegible] accepat dicti divina iugum suave et leve onus abiciens, propter hoc paradisum perdidit delicias propter hoc peccatorum beatitudinis meretur si prope illa [illegible] apostolo attemptaverunt. Sed fortassis ad hac divinam vocem desiderio mansuetudinis estuas et acquiescis in ipso corpore suo contra legem invenit. Attende ergo quod sequitur:

Beati qui lugent quoniam ipsi consolabuntur. Equum indomitum flagella domat atque provinimus contritio spiritus et assiduitas lacrimarum. Ergo in omnibus operibus tuis memorare novissima tua, horrorem mortis, iudicium timendum, districtionem ardentis ignis gehenne metum ab oculis tuis elongari nullatenus paciaris. Cogita miseriam conditionis tue, cogita vite humane pericula, cogita fragilitatem propriam, et in hiis recogita annos tuos in amaritudine anime tue. Cogita dum in toto corde cum molestia cogitatione si perseveraveris. Dico tibi parum senties quamvis forte videtur esse molestum. Deus te sine consolatione esse qui pro magis est et deus totius consolationis et implebit occupare. Si vero patietur deus te sine consolatione esse qui promittit: Beati qui lugent quoniam ipsi consolabuntur. Concordat autem huic sine illud quod in salomone orationis quod deus pollicetur: Beati qui lugent quoniam ipsi consolabuntur. Concordat aut huic sine illud quod in salomone legitur: Melius est ire ad domum luctus quam ad domum convivii. Putas beata esset si post culpam consolacionem queris lacrimare et consolacionem de pleno casu virtutum queris. Lacrimare et contra ad primas veniam tuam obtines. Quod autem in sequenti consolationem de pleno casu virtutum et veneno pessimo nequissimo vel vicio infecisti posteritatem tuam ut usque hodie peccatorum altius sua alterius tempus dedit consolationem. Misera prorsus eius consolatio et corporis quam miseriam hanc mitant. Si beati qui lugent quoniam ipsi consolabuntur. Non quid aliud est hec consolatio quam prebent de spe venie gratia devotionis et suavissima delectatio boni et gustu sapientie licet perexiguus quibus interim benignus deus afflictam refrigerat animam

Et gustus ille nichil aliud quam incitamentum desiderii et incendium amoris sicut scriptum est Qui edunt me adhuc
esurient et qui bibunt me adhuc sicient. Propterea illico subiunxit Beati qui esuriunt et sitiunt iusticiam quoniam ipsi
saturabuntur. Qui esurit adhuc esuriet amplius et qui desiderat habundancius adhuc desiderat. Quantumcumque
enim desiderare potuit tantum est acceptum. Immo vero non fit inperfectum modum desiderii quoniam quamvis donum
perfecte sicut perfecte desiderare non potest sed nec sicut donum perfecte desideraret sed mensuram acceptum est bonam
et confertam et coagitatam et supereffluentem. Beati qui esuriunt et sitiunt iusticiam quoniam ipsi saturabuntur. Infirmo
palato cordis et anime languenti adhuc dura et insipida res esse videtur iusticia sed qui gustaverunt ecce ipsi sciunt
quam beati sunt qui esuriunt illam quoniam ipsi saturabuntur. O vere felix et gloriosa sacietas o [illegible] o desiderabiles
epule ubi nimirum nullum nullum potest esse fastidium quoniam sacietas erit summa et summum erit desiderium. Beati qui esuriunt
et sitiunt quoniam ipsi saturabuntur. Iam vero sicut verbum adversus Adam procedere credo qui potencius quamvis Adam videtur tenuisse iusticiam
in eo quod mulieri sue compassus est sed esurisset sed si esurisset iusticiam curasset sine dubio reddere quod ille debebat non solum
uxori sed multo magis creatori. Debebat enim uxori compassionem utique et disciplinam tanquam infirmiori. Caput enim mulieris
vir. Debebat autem deo obedienciam et subiectionem. Sed quid putas fratres exemplum istius hodie statim illud [illegible]
[illegible] et tu insipiens imitans indignaris adversus Adam quod obedivit voci uxoris sue plus quam domini et ipse
quotidie carnem tuam suam vel audit plus quam deum fratres si modo putas videbis Adam eo articulo positum astabas
cogitacionibus incertis eius contra inter pietatem uxoris et preceptum creatoris Nonne clamares adversus eum dicens
Cave miser vide ne feceris. Seducta est mulier ne acquiescas. Et quid ergo quociens apprehendit vos temptacio
sic persuasionem sed nobis ipsis. Beati enim qui esuriunt et sitiunt iusticiam quoniam ipsi saturabuntur. Sed quid potest esse
omnis iusticia mea coram deo. Nonne iuxta prophetam velut pannus menstruate deputabitur et si districte iudicetur iusta
invenietur omnis iusticia mea. Quid ergo de peccatis erit quando nec ipsa quidem potest potest videre iusticiam propter obumbracionem [?]
propria clamacio. Et non intres in iudicium cum servo tuo domine. Tota spes illius ad misericordiam recurrit que sola salvare
potest animas iustas et solidare perfectas quod sit Beati misericordes quoniam ipsi misericordiam consequentur. Et attende quemadmodum
Zacheus breviter utrumque uno verbo complectitur. Domine dimidium bonorum meorum do pauperibus et si quem aliquid defrauda-
vi reddo quadruplum. Vides quantum esuriebat iusticiam cui non sufficit equa mensura reddere nisi restituat qua-
druplum. Misericordia quam magna est quod dimidium bonorum suorum dedit pauperibus. Verumtamen non [illegible] ego quod sencio
laude dum loquitur os meum tamen plane non magis neque enim nobis aut vobis sed nomini eius da gloriam. Zacheus
quoque cuius laus est in ewangelio dimidium bonorum suorum dedit pauperibus. Sed ego multos Zacheos hic video qui nil
sibi ex omnibus reliquerunt. Quamvis non sedeat ecclesia hec de Zacheis istis immo de petris isti qui fiducialiter loquuntur
dicentes Ecce nos reliquimus omnia et secuti sumus te. Sed scriptum est in albo eterno libro vite scriptum est et signatum
Beati enim misericordes quoniam ipsi misericordiam consequentur. Iam vero fratres ad crudelitatem sua tangit qui videbatur
pius uxoris amore peccasse. Certe enim o adam sumus quod os de ossibus tuis est et caro de carne tua et eius
amore peccasti videatur mihi quantum diligas eam. Veniet enim dominus ignitum gladium tenens in ulcionem prevaricacionis
Oppone te districtum propter illam et dic Domine mulier est infirmior mulier seducta est mea est iniquitas meum est peccatum
in me solum vindicta procedat. Sed non loquitur sic. Mulier inquit quam dedisti mihi dedit mihi de ligno et comedi
O perversitas penam pro ea refugis suscipere et culpam admittere non recusasti. Quo [illegible] contulisti
[illegible] ubi sacerdotem esse debueras et [illegible] crudelis ubi magis impendere oportebat. Iam
delinquere [illegible] propter illam satisfacere vero propter eam libenter non debuisti. Hic enim et sed fratres ut in eo quod propter aliud
deo peteret quod est iusticie et libenter aliena peccata portet quod est misericordie. Beati qui esuriunt et sitiunt iusticiam quoniam
ipsi saturabuntur. Beati misericordes quoniam ipsi misericordiam consequentur. Sequitur Beati mundo corde quoniam ipsi deum videbunt. Beati
plane et omnino beati qui videbunt in quem angeli prospicere desiderant, quem videre vita eterna est. Tibi dixit cor meum
exquisivit te facies mea faciem tuam domine requiram. Quid enim michi est in celo et a te quid volui super terram. Defecit
caro mea et cor meum. Deus cordis mei et pars mea deus in eternum qui adimplebis me leticia cum vultu tuo. De inmundiciis
ab inmundicia cordis mei quia michi nondum mereor ad beatam illam visionem admitti. Quanta sollicitudine fratres quanto studio
danda est opera ut mundari possit oculus quo videndus est deus. Et ego quidem triplici sorde inquinari me sencio
concupiscencia carnis concupiscencia glorie temporalis et preteritorum conscientia delictorum. Sunt enim in anima mea quidam utique desideriorum
quos nec volo nec viribus extinguere possum. Quibus in hoc seculo nexu et in corpore mortis teneor alligatus. Contra
tam sordes istas oculus oppono remedium et peccata sic oculi [illegible] in manibus [illegible] ita oculi mei
ad dominum deum meum donec misereatur mei qui solus mundus est et potest facere mundum de inmundo conceptum semine. Sic et

cum pctm causam remedium confessionis est institutum. et oia in confessione lavantur. Ecce h(ec) sunt que mundant oculum cordis. oro
confessio. Porro Beati mundo corde quoniam ipsi deum videbunt. Videbunt quidem in fine facie ad faciem. Videbunt etiam nunc per speculum
et in enigmate. et nunc cognoscit ex parte perfecte postea cogniturus. Quis enim in tanta gloria adesse clausis oculis(?) vivunt
aut peccat in spe. et ita sentit de deo tamquam si nunc ei peccata displiceant. aut peccat in desperatione immisericordem sentiens
deum. quorum utrumque merito dicitur. Existimasti inique quod ero tui similis. Qui non deum videt sed imaginem format et ydolum
pro eo quod non est ipse. Beati vero mundo corde quoniam ipsi soli deum videbunt. Soli de eo sentiunt in veritate sicut vere bonus est ita ut
nemo bonus sit nisi ipse. Beati mundo corde quoniam ipsi deum videbunt. Christiani(?) provide attendite et cetera que quasi sunt in verba malicie
ad excusandas excusaciones in peccatis. dum confessionis mundacionem fugiunt immundo remanent corde et a facie dei exciuntur.
Sexta. Beati pacifici quoniam filii dei vocabuntur. Merito filii nomine vocabuntur qui filii opus impleverunt. Ipse enim est per quem recon-
ciliati pacem habemus ad deum. Ipse qui pacificavit in sanguine suo que in celis sunt et que super terram mediator dei et hominum
homo Christus Ihesus. Et attende quemadmodum in tribus quibus premisit sibi ipsi reconciliabatur anima in duobus que sequuntur proximo. In septimo vero
in septimo alios reconciliat tamquam receptus in gratiam dei et felici familiaritate donatus. Nam paupertate mansuetudine fletu
renovatur in anima plenitudo quedam et imago virtutum omnia ipsa complectens. Dum paupertate futurum meretur mansuetudine
terram hereditat: luctu primo peccata que(?) recuperat sic scriptum est. Recogitabo tibi omnes annos meos in amaritudine anime mee.
Porro iusticia et misericordia perfecte proximo adherens dum quecumque nolumus nobis fieri aliis non faciamus per iusticiam et quecumque volumus ut
faciant nobis homines et nos faciamus illis per misericordiam. Iam reconciliati nobis reconciliat etiam proximo. Sicut minister per mun-
diciam cordis reconciliamur deo. Beati vero qui de sua reconciliatione non contenti proximis suis pie solliciti eos quoque quantum prevalet
et sibi et deo reconciliare laborat. Omnibus enim laudibus dignum quidem amplectendum putans effectum sicut illum qui sine
querela conversans inter fratres tota sollicitudine cavet ne quid in eo sit quod ab aliis portari oporteat et quecumque in aliis one-
rosa est pacientissime portat qui singulorum scandala sua reputat et cum apostolo loquitur. Quis scandalizatur et ego non
uror. Quis infirmatur et ego non infirmor. Beati pacifici quoniam filii dei vocabuntur. Non est enim pacis et dissensionis deus
ideo quod filios pacis dei quoque filios dignum est appellari. Iam que sequitur octava beatitudo martiri(?) est prerogativa cuius
nobis tolerantia nunc tempus esse videtur ubi verbum honoratur nunc iusticia magis quam in facie est. aut nulli aut pauci pro ea
sustinent persecucionem. Felices enim sunt qui sunt quorum est regnum celorum ut eos non persequatur. Cum sint multi qui sunt tribula-
tiones quoque multiplices consultando non intuentibus que videntur incommoda sed premia que non videntur. Beati inquit eritis cum vos oderint
homines et cetera. Gaudete in illa die et exultate ecce enim merces vestra copiosa est in celis copiosior longe quam sit
labor in terris. Unum tamen quod dubitat quod eadem promissio est pauperibus et martiribus. nisi quod vere martirum genus paupertas volun-
taria. Beatus vir aut scriptura qui post aurum non abiit nec speravit in thesauris pecunie. quis est hic et laudabimus eum. Fecit enim
mirabilia in vita sua. Quid mirabilius aut quod martirium gravius est quam inter epulas esurire inter vestes multas et preciosas
algere paupertate premi inter divicias quas forte offert mundus quas ostentat dyabolus quas ille ipse querit appetitus.
An non merito coronabitur qui sic certavit mundum abiciens promittentem. irridens minantem temptantem. et quod gloriosius est
de semetipso triumphans et transfigens concupiscentias proprie carnis. Denique precipua pauperibus sunt et martiribus regnum celorum premittitur
quia paupertate quidem emitur sed in passione pro Christo absque omni dilatione percipitur. Item de omnibus sanctis sermo

Quia sanctorum omnium festivitatem dilectissimi hodie omni que dignissima devocione memoria celebramus ope pretium est de
quorum felicitate communi in qua beata iam requie perfruuntur et futura qua prestolantur consummatione admonente spiritu sancto
sermone facere caritati vestre. Ita sane ut non opinionis proprie coniecturas sed divinorum verborum sequamur auctoritate
ne prophetare de corde meo sed initium quo ad potuerit testimoniis scripturarum. Erat enim presente deo sermonis tempore utilis
que agnita vel ex parte aliqua felici retributione sanctorum ... deinceps solicia ne ipsorum sequi vestigia. ac
fervencius desiderio ad eorum suffragia consortia(?) excensionem quoque devocione commovemur inaniter proxima studeamus efficere quippe
sermo et omni acceptione dignus ut quos sollempni veneracione prosequimur etiam sic consequamur quos beatissimos predicamus
ad eorum beatitudinem tota aviditate curramus quorum delectamur preconiis eorum protinus sublevemur. Nec sane parum
infructuosa invenitur memoria festiva sanctorum languorem teporem errorem quoque depellens. cum eorum intercessione iuvemur. invenitur
infirmitas nostra consideratione beatitudinis opitulatur negligentia nostra ipsorum erudiatur exemplis precipua cum eruditos nos ad eorum
vestigia invitavit hesterna sancti ewangelii leccione et ipsius domini sermone non dubitemus erecta nimirum ad celos sca-
la per quam universa que hodie veneramur sanctorum chorus ascendit. Nec ignoremus implorandum eorum suffragiis totum paulominus
noctis et diei huius religiosa devocione expensum tempus. Iam de eorum felicitate loqui vel cogitare aliquid attemptabo
quod donavit ipse qui eos et magnificavit iam et glorificavit quos vocavit prius et iustificavit. Regem in gloria. Convertere
anima mea in requiem tuam quia dominus benefecit tibi quia eripuit animam meam et cetera. Et in alio psalmo. Anima mea sic passer erepta
est de laqueo venantium. Multa quoque similia in divinorum repperisse me videor scripturarum serie verba hominum qui liberatos se
esse non sine multa admiracione letentur verba proferentes securitatis et felicitatis immense voce graciarum actionis et laudis
Quid per hunc sapiens qui luteas adhuc domos inhabitat et in sudore vultus sui comedit panem suum inter arbusta

convenire. Quis enim corpore gravatus custodiam sit tota cor. Quis audeat gloriari contritum esse laqueum, liberatos pedes suos a lapsu
reclamante nimirum apostolo et dicente: Qui se existimat stare videat ne cadat. Ubi et de semetipso: Infelix inquit ego homo, quis me
liberabit de corpore mortis huius. Et in alio loco: Fratres inquit ego me non arbitror comprehendisse. Obliviscens autem ea que retro, in ea que
ante me sunt extentus sequor ad palmam. Item: Ego sic curro non quasi in incertum, sic pugno non quasi aerem verberans,
sed castigo corpus meum et in servitutem redigo, ne forte cum aliis predicaverim ipse reprobus efficiar. Sed plane tuba
milicie est, sed verba ducis strenui fortes animantis. Verum superiora quidem videntur potius triumphantis. Aut certe
nectuo quid triumphantis, sed cum victoria iam redeuntis de prelio et futurum magni triumphi diem leta aut secura conscientia
prestolantis. Quid enim loquitur reversus de prelio fortis miles sicut fidelis? Convertere inquit anima mea in requiem tuam.
Quid enim in corpore militantis mortis, requies illa erat cui per labores certamina cum periculis optatus adhuc incerti. Sicut
expectabat humilitatis temptacione, unde surrexerunt metus geminus sollicitabat. Habebat tamen fratres eciam tunc gloriam miles pro-
spectabat, fortissimus miles tamquam paulo ante ferimus meorum. Gloria mea et
licet requiem non haberet, dixit sequens strenuus ille et fortissimus miles tamquam paulo ante ... ipsam sibi conscientiam attestetur. Non enim
est testimonium conscientie nostre. Quod testimonium conscientie non sic intelligendum puto. Est enim testimonium conscientie in quo gloriatur apostolus non quod
qui sepius commendat ille probatus est, sed quem Deus commendat. Est enim testimonium conscientie
perhibeat conscientia, sed quod loquitur spiritus veritatis in ipsi testimonium perhibens spiritui nostro quod filii Dei sumus. Est ergo testimonium
conscientie non perhibentis, sed percipientis. Dum enim virtus applaudit, cum iusticia attestatur Dei commendantis, sine dubio est vox
et ipsius sancti testimonium perhibentis. Sic est de certamine velut militi ... sicut per tamquam amorem et honorem decertat, proponitur
palma et corona,
assistens letus applaudat, laudat fortia facta, premia clamitat esse victoribus. Parata iam premia et corona
pollicetur etiam. In quo testimonio gloriatur quidem probatus et strenuus miles, minime tamen quiescit, sed tanto acrius
alacrius quam decertat. Itaque dum adhuc militat, gaudet utique electi Dei, sed de premiis spiritus qui et infirmitate
corpus adiuvat virtute sua et pusillanimitates corporis sua attestacione consolatur. Unde et is de quo paulo ante loquebamur
apostolus: Non est inquit regnum Dei esca et potus, sed iusticia et pax et gaudium in spiritu sancto. Iam vero consummato mi-
licie tempore, gaudium huius sancti eciam in spiritu sancto, donec adveniat dies illa qua intrare merentur in gaudium Domini sui.
gaudium habitur et in corpore suo. Sic enim habes in psalmo: Signatum est super nos lumen vultus tui Domine. Dedisti leticiam
in corde meo. Unde: Plane ex his que secuntur a fructu vini et olei sui. Audivit enim huiusmodi vocem dicentis:
date ei de fructu manuum suarum et laudent eum in portis opera eius. Unde et Iohannes scribere iubetur in apocalipsi: Beati
mortui qui in Domino moriuntur. Amodo enim iam dicit spiritus ut requiescant a laboribus suis. Unde et in psalmo:
In pace in idipsum dormiam et requiescam.
de quo paulo ante loquebamur, eis que supra posuimus verbis adiunctum est. Unde quod vos secuntur. Iusti ut multiplicentur a fructu corporis
et redundent torcularia vino et oleo Opus suum dignum laudacione Opus eius qui effundit aquas super sicientem
et fluenta super aridam ut terra supplemento bibens ymbrem generet optima illius a quibus colitur Ymber temporaneus et
serotinus Gemina est compunctionis species indignacio et tribulacio Illa tristes per recordacionem commissorum Hec letas per primus
sorum compertacionem aquarum deducit effusiones qui nunc subit compunctionis primordio torquetur amaritudine vocatur an-
gustie et retardacione vite indignacione succussit pectora suspiriis ora singultibus genas replet lacrimis Processu vero
compunctionis et fidei cum dicere potest viam mandatorum tuorum cucurri cum dilatasti cor meum Corrupti lenitur anxietas doloris
et spiritus blanda consolacio succedit Tunc impletur gaudio os eius et lingua exultacionis audietur voce dicentis
Quiescat vox tua a ploratu et oculi tui a lacrimis Est enim merces operi tuo Cum mentis desiderio suspensus cum men-
tis festinatur querelas ingeminat ploracionis mente in leticia tui mentis per quando veniam quando videbo Inde fiunt ei
lacrime panes die ac nocte donec transeat ad locum tabernaculi admirabilis usque ad domum dei in voce exultacionis
et confessionis Iste est ymber temporaneus precedens serotinum non tempore sed dignitate Utrumque descendere facit ad nos dominus
modo et ordine quem deo loquens vnus prophetarum exponit Qui vocat inquiens aquas maris et effundit eas super faciem
terre Aque maris effuse graciose sunt et spiritus bona eius qui ferebatur super aquas qui conceptum filii ... vocatur mare
spaciosum et profundum est clamosum est cadauer non sustinet ad vomitum provocat Et spiritus domini repleuit orbem terrarum
ut spaciosus et omnia scrutatur eciam profunda dei quia profundus et interpellat pro nobis gemitibus inenarrabilibus tamquam clamosus
et aufert se a cogitacionibus que sunt sine intellectu acsi cadauer non sustinens quod eum dicit Auferte malum
cogitacionum vestrarum ab oculis meis ad vomitum provocat Vocat aquas maris dominus vocat que sunt et aque que super celos sunt
laudent nomen domini Omne datum optimum et omne donum perfectum desursum est descendens Inde vocantur aque et effundun-
tur super faciem terre de qua dicit Anima mea sicut terra sine aqua tibi Anime earum sequentis infusione compluta Fit fructus centupli
et implentur aree frumento et redundant torcularia vino et oleo Aree mentis sunt planicies et latitudo cogitacionum
torcularia pondera premencium disciplinae et onera laborum Frumentum est quod dicit Nisi granum frumenti cadens in terram
mortuum fuerit ipsum solum manet sic ait dicebat Ipse est frumentum quo conficitur panis vite et si quis manducauerit ex hoc
pane viuet in eternum Hoc frumento aree mentis replentur cum secundum apostolum habitat Christus in cordibus vestris Hortatur nos ipse de
hac re dicit pone me ut signaculum super brachium tuum ut quicquid nobis sentiat quicquid virtutis inest elucescat ab ipso
et per ipsum subsistat Est enim dei virtus et dei sapiencia illuminator cognicionis collator fortitudinis Per vinum spiritus sanctus
intelligitur qui letificat cor hominis ut sobria ebrietate repletum et ad terrena desideria ut insensibile torpeat et ad opera
iusticie eciam super effectum per affectum feruescat Hoc vino pleni erant quos musto materiali madere liuor perfidorum estimabat
Unde hic vino et frumento supposita dicitur quidam quam bonum eius et quod pulchrum eius nisi frumentum electorum et vinum germinans virgi-
nes Oleum liquoribus supernatat vnctione dolencia membra lenit clarificat Assignatur per hoc pater qui est pater
misericordiarum et miseraciones eius super omnia opera eius qui lenit dolencia membra ut deus tocius consolacionis sic glorificatur deo quod dicit
ad eum Secundum multitudinem dolorum meorum in corde meo consolaciones tue letificauerunt animam meam Clarificat eciam ut voce
lapsa ad filium Et clarificaui et iterum clarificabo Hoc oleo et prefato vino redundant torcularia cum mentis disciplinas
et temptacionum pressuras et fuerit voluntas ad tolerandum et invenerit consolacionem ad refouendum; ita tepor excluditur
et desperacio arcetur ut sic assit prompta voluntas et nusquam succumbat infirmitas Illud agit feruor vini hoc olei
lenitas Repletis areis frumento redundantibus torcularibus vino et oleo iusti epulentur et exultent in conspectu
dei et delectentur in leticia Epulentur frumento exultent vino et delectentur oleo Epulentur in azimis sinceritatis
et veritatis Sinceritatis in se et veritatis in proximum Sinceritatis in proposito rigore veritatis in tenore iusticie Sinceritatis
ne defluat ad illicita veritatis ne consenciat ad iniusta Exultacio ad precinctus ... delectacio ad conte-
mplacionem spectat gaudium Exultat in conspectu dei qui latente intencione iusticie foris opera promit Perducit ...

discussa vis verbi sonuit cum dicit quod salvare / Delectatur autem in leticia qui testimonio conscientie gloriatur / Totum hoc virtutis est opus prestantis et in proposito tamen panis cor hominis confirmat et in istis quoque tamen vinum letificat cor hominis / et in spe gaudere quam oleum facit exhilarare. Que etsi ob diversarum personarum proprietatem significentur vocabulis / inseparabilis tamen sunt substantie.

Vita et operacionis — Sermo odonis

Refert lectio evangelica quendam regulum cuius filius infirmabatur capharnaum venisse ad ihesum qui de iudea in galileam venerat / et rogasse ut sanaret filium eius. Cum verbo salutem reddenti credidit et descendens hora septima / filium sanatum famulis nunciantibus agnovit et credidit ipse et domus eius tota. Res hec gesta non solum in sua certa vim et in sua ... apud ... Deus enim operatus salutem in medio terre: et fidei sunt seminarium et doctrina moribus. Res ducit ad colendum deum qui tam potencia egit et imitandum qui tam salubria ... febris forma predicat potenciam instruit intelligenciam iuvat ad virtutem. Utrumque tenere est in lectione proposita ad quod ponendum proposita ... virtutis opus absente verbo curare et ab virtute ... ipsius mortis ... Deus est qui operatur ad opus intelligenciam quam nosse iuvat ... Erat inquit quidam regulus ... Illud quidem fidem inspirat hec mores instruit virtutis ordinat officia ... regulus ... non regis vocabulo censetur cuius filius infirmabatur ut diuinos nobis plenitudine ... virtutis Regulus hic racionalis est ... qui diversos motus et multiplices ... regere actiones ... reges vocentur et sinnes ... inde dicitur Vos estis genus electum regale sacerdocium Et inde fecisti nos deo nostro regnum et sacerdotes ... regibus loquitur Et nunc reges intelligite erudimini qui iudicatis terram ... est enim inclita reguli id est animi racionalis / motus est bonus vel ad iusticiam cogitacionis vel ad rectitudinem operacionis ... copula maris et femine nascitur ingenium ... cogitacio iusta vel operacio recta que ... mentis et carnis ... De bonis ... Respice domine ... moris est scripture filios opera vocare bona bonos mala malos ... Et in ... ad timentem deum dicit Et videas ... dei in filios tuos et in opera tua et dirige filios eorum ... Et ... filios filiorum tuorum ... prima perpias laborum et operum tuorum ... multiplicacionem ... sanguine ... copulatur actioni et bona actio meliorem ... tangit et ... clamat alter ad alterum ... virtus virtuti ... Ex ... vicia virtutes ... tamen ... melior optime ... originem et ... mala bonos ... arbor bona fructus malos facere ... ad actum ... cogitacionis vel actionis ... ad iniquitatem ... temptatur ad actum ... racionale ... motum cogitacionis ... Sana me domine quoniam conturbata sunt ossa mea ... filius clamat ... regulus Miserere mei domine quoniam infirmus sum ... Forsitan ex loco accidit infirmitas ... locus est infirmitatis locus ... cogitacionis et fortitudo operis ... languor et infirmitas ... non salutis ... in villa ... Est consolacio de celo celestis / est et de temporalibus temporalis ... capharnaum ... villa consolacionis ... dolorum meorum in corde meo consolaciones tue letificaverunt animam meam ... De illa ... Ve vobis divites qui habetis consolacionem vestram Et ... consolacionem ... In cuius consolacionis villa filius reguli morabatur et infirmabatur ... descende ... salutem postulabat ... salvatorem ... Domine descende prius quam moriatur ... iudea in galileam Venit ad eum regulus salutem postulaturus ... et descendet Et de eodem filius meus ... Descendit enim de celis in ventrem virginis et exivit per clausam portam ... Descendet ... Et licet non descendit corpore descendit ... ad egrum rogatus descendet ... Nos ... ad infirmam ad mortem ... compassione et liberat puerum ab egritudinis passione ... compassus nobis qui passus est pro nobis / licet absens corpore ... mortem ... verbo restituet salutem ... inspiracionis eius que ... et ... resistere et ... maiestate ... Sic enim racionalis motus indicat se ... impugnacionis insultum tolerare ... temptacionem tolerare ... Descendit enim et ipse ... descendit ... agnovit ... Descendit ... vita ... devocione laudat cum ... salutis ... voluntati ... obtemperant ... filium ... indicat vitam salutis ... et domus sua ... infirmitatis ... nichil infidelitatis et ... reddita indicat vitam ... relinquitur in corde ... possidet cogitacio ... devocio ... hora salutis que septima est Non prima sanatus est Non secunda ... hora ... septima reliquit eum febris Dies xpistus est ... hore diei ... illuminacionis ... virtutum ... illuminat omnes ... illuminatus ... septima ... cognicio salutis ... prima ... et ... intelligencia ... facere ... forma et utilitas factoris ... Clamat ... nichil esse quod vel se fecit vel genuit ... ab alio factum est vel genitum Et ... unum esse ... A quo ... multiplicari.

nec reparari nec regi sciverunt. Cum autem multiplicavit, reparavit et regnavit. Deum esse plenum a quo, per quem et in quo sunt omnia
(quo) hec in principio creature non solum. Ab eo enim genita sunt quod dixit et facta sunt, per quem sucessive, in quo permanent et inferentur
ab quo per creationem, per quem per multiplicationem, in quo per stabilitatem. Per id dico deum et cognosce. Prima est illuminatio illa de
qua apostolus ait: Oportet accedentem ad deum credere quia est. Unde hec credulitas utilis valde et necessaria est ad salutem. Denique
quidam deum cognoscentes non sicut deum glorificaverunt aut gratias egerunt. Sed factum est in eis quod submersum est. Ab hoc tamen
ista rimula ad aliam transeundum est que lumine emicat in hac claritate. Eam tercia redempcionis cognitio. Cum enim
morte voluit quite fuit dilectionis qui per quem facta sunt omnia pro nobis hic factus in terris visus est et cum hominibus conversatus et
animam suam dilectam tradidit in manus peccatorum ut sua nobis morte vitam restitueret. Memorie illustratur animi noticia et amore
bonitatis huius reparatoris cognitione et perpensione potestatis factoris. Hodie tibi salus in hac hora ut demones [illegible]
et concutiat [illegible] ultimo et redeundum prevaricatori ad cor, ut stat et recogitet quid retribuat domino pro omnibus
que retribuit ei. Ille mortuus est iustus pro iniustis et tradidit semetipsum pro nobis, exemplis instruit, gratiam contulit,
morte redemit, ut sicut vellemus possemus redire ad patriam illuminati iustificati. Rependimus enim mala pro bonis
et odium pro dilectione, exemplis abutimur, gratiam respuimus, munera redempcionis operibus non tribuimus. Sic quam ingrati
mirari. Hac meditatione tamquam meridie estate tercia hora solis illustratione aliquantisper animus calefactus in quarta
pervenit illuminationis horam, ubi declinat a malo semper uti nullo divini timoris vel amoris respectu sed omnis tantum
ductu et cupido malis appetitus instinctu. Ab hac hora it in quintam ubi plenius bonum agit. Hec hac [illegible]
ubi frequentior et splendidior ignis corrigit accendens et illuminans totum hominem, cum spiritu sancto vegetatus reprobat,
abiciat et detestatur quamque iustitie inimicum quamque virtuti contrarium est. Nec tibi sufficit pro salute, quia non sufficit malum non
committere nisi quod commissum est deleat et satisfactione sequatur. Deinde sexta hora in qua deflet peccator quod
commisit, puniat quod egit, ut salutem consequatur. Et septima hora relinquit eum febris. Hec tota est salus et integra
quam quisque hora peccator ingemuerit salvus erit. Illa hora hac filius reguli reddit sanitati, in qua peccator resti-
tuitur saluti. Et ut singulas horas propriis signemus nominibus, prima est cognitio creatoris, secunda fides redempcionis,
tercia propositi exhibicio, quarta reprobacio mali simpliciter, quinta operacio boni simpliciter, sexta reprobacio pro peccatis, septima
gemitus pro peccatis. Et pulchre in septenario qui sacratior decoratur mysterio salutis tempus statuitur, ut corpus quod creavit
et animam que creavit compleret sanctificatione plena in uno sabbato salutem mereri insinuet. Amen

Sapientia vincit maliciam, dum sathana creat dei virtus. ¶ **De septem donis spiritus sancti**

et dei sapientia Christus attingit ergo a fine usque ad finem fortiter. In celo quidem deiciendo superbum, in mundo superando
malignum, in inferno spoliando avarum. Et disponit omnia suaviter. In celo statuens angelos confirmando, in
mundo venundatos redimendo, in inferno captivos liberando. Aut si melius placet accipias hec modo ordinata per ordinem
acie adversus septem peccata gracia spiritus septiformis. Et primus contra negligenciam timor corrigit. Nimirum ipse est quo
concutitur anima, discutitur conscientia, concutitur sopor letalis, [illegible] pusillitudo. Denique qui timet deum nichil negligit
si vetur omnia opera sua. Ceterum ut maior sit conflictus, [illegible] et concomitantur sunt in humano
corde negligencia et curiositas ceterorum. Triplex enim ut ait sapiens incomoda eiciunt de domo hominem, fumus et stilli-
cidium, mala uxor. Cui vero hec desunt negligenti. Ipsa quippe qui negligit fumum non abigit, uxorem non corrigit,
tectum non reficit. Firmat peccatum nullo mine studio, nullis lacrimarum undis commota, et fumus ille detrimenti
et intollerabilis malignatur voluntas ipso neglectu quotidie detior semetipsam stillat super iudices indignacio
eo deficit utique cultus que sola operit multitudinem peccatorum. Egrediatur utique foras uxor est et curiositas contraria con-
spicit quin se intra despicit, preterita non inspicit, futura non prospicit. Succedit proinde curiositati pietas adversatur
et que illa a corde evocat ista revocat. Nimirum pietas ipsa est cultus dei et in corde colitur quod in corde
cognoscitur. Scientia parit enim curiositas concupiscencia mali. Ut facile qui per multa vagatur offendat, facile cadat
in laqueum, facile inveniat quod perniciose delectet. Confligit sane adversus hunc scientie spiritus. Docet eligere bonum,
reprobare malum. Docet quid periculosum sit, quid vero competens. Primum in multis iam concupiscencia [illegible] videtur.
Habes hoc exemplo in Dina filia Jacob, quam misit ad videndum alienigenas mulieres egressam, Emor filius Sichem
rapuisse, corrupisse ac deinde tristem blandiciis delinisse legitur, ita ut eius anima ei inhesit. Dico autem concupiscencia
et ut prophetia meminit in affectum cordis transisse hoc quo lege sit ut honestate abierit valescat pudore.
Timore autem domini penitus transibit solo quod velet appetitu sequitur concupiscencia sola, sola trahitur voluntate et
est apud eum pro omni voluntas. Contra hanc ergo concupiscenciam mali dimicat fortitudo. Neque enim ulla iam nisi in
manu forti liberata est. Induat ergo hoc remedia ut corpus castiget et subiciat servituti. Ne forte iam de
radice colubri egrediatur regulus, de concupiscencia consuetudo. Quadrimoda enim inspecta minimum et insuperabilis hac
singulitas sunt pro [illegible] concupiscencie aut impetu desiderii, sola consuetudine ipsa ad illicita mala trahatur. Primum
omnibus liceat ignorancie et in secundo peccatum faciens ut finis sit peccati. Finis plane dyaboli ad prima quoque peccata
trahitur sequens, a quo nimirum captivus tenetur ad ipsius voluntatem. Est autem consuetudo sed gravius quedam

et pretiosa cathena solvenda utique facilius quam rumpenda. ut hic maiore virtute illud proverbium videatur consumpari industrie
potentia violentia potentiorem ut quadam vie vi repellitur et furore spiritus furor contunditur desideriorum sic malignitati
arte arte deludas et consuetudini consilium opponatur. Alioquin si forte violencia quieuas et castigatione corporis spiritus
consuetudinem carnalem/ timendum omnino est ne sit periculosus labor et prius fracta ipsa deficiat quam insolita concupiscentia. presertim
cum altera quedam natura sit ipsa consuetudo. Petitur itaque consilium vel ab ipso magni consilii angelo ministratum vel ab homine
a quo spirituali qui cogitationes sathane spiritualia quoque remedia non ignorat. subtrahenda occasio est. oportunitas fugi-
endi petitur. Legimus in heremo fratrem fornicationis spiritu grauiter impugnatum laudabili presulis industria a pravitate curatum.
Aduocans enim senior fratrem alterum secreto/ iussit ut eundem lacessiret iniuriis et prior quasi accepta iniuria quereretur. Iurgi-
abatur ille et conuiciis vexabatur. sic oblitus est in breui pristine temptationis ut quieuit contra eam. non sinit admiratione pla-
cere vinci non licet et formidari libet. Sed forte nondum venit cum reposita victoria est cum turpitudinis manet cum contra
debet et contemptus quod consuetudine pertinet. ut tanto libidinis quanto desperans premitur totas iam concupiscentie laxat habenas.
toto impetu fertur in preceps. sic scriptum est. Peccator cum venerit in profundum malorum contempnit. Hunc ergo contemptum ut
spiritus intellectus impugnet. illuminans tenebras cordis et lucem diuine mentis et copiose miserationis infundens. Intelliga-
tur nempe diuinis et altissimis rebus attribuenda quas quidem non humana ullatenus difficulter at vel ipsa fides comprehen-
dere possit ut est illud. Ubi habundauit delictum superhabundauit et gratia. Sic contemptus presbiter accedere. necesse est et
malicia ut quam post consolationem desperatus miser admittat aliis vincat et cum non possit in bonis letetur in malis
letetur cum malefecerit et in rebus pessimis exultet. Ecce hic ergo remedium est ut ipsa adversus maliciam sapientia com-
mendat. ipsa quoque deuota plicet que rectitudo omnino non nouit. Hanc enim libet que in babilone descendit inspi-
rante(?) in hudicronibus dulcedinis sapientie ut clamat clamans appellat et pestifera dulcedine viciorum so-
rditas spiritalis vnctionis conturbat. Attingat ergo a fine usque ad finem fortiter victorum sapientia eradicando
singula vicia. singulas quoque inserendo virtutes. Excutitur siquidem negligentia ut virtutis spiritus repleat mentem. Abiciatur
curiositas ut succedat pietas cooperante mali fugitur. apponitur quoque sciencia/ sic et concupiscentie prevalet fortitudo et consilium
consuetudinem amputat et intellectus vigens contemptum amonet et disparente omni malicia/ sapientia regnat.
Quacumque tripliciter decerto misera illa anima qua pretiosa negligentia soporauerat penis continuat curiosi-
tas attraxerit. cooperiencia tenebat. concupiscentia ligauerat consuetudo contemptus in carcerem truserat malicia iugulauerat
timor suscitat pietas blande demulcet sciencia quod actum sit indicans dolorem apponit quod suum est fortitudo. apponit.
erigit consilium soluit intellectus educit de carcere sapientia ponit mensis. refocillat esurientem et salutaribus re-
pat alimentis/

In natali sancti Stephani prothomartiris sermo beati Augustini episcopi

Hesterna die natalem habuimus domini salvatoris/ hodie obsequio summe deuotionis/ venerandi sancti prothomartiris
stephani passionem. hesterno tempore redemimur ad primum. hodierno quo prouocamur ad celum. Unde ergo sole-
hestrue festinitas hodierna quieta est. ut illa credentes eueheret ad vitam. hec consistentes ducet ad coronam.
Omnium ergo enim beatus stephanus datus est ad profectum adhuc laicus dyaconi meruit electionem et leuita martirii
obtinuit principatum. In plebe adhuc positus erat sed iam virtutibus eminebat. humilis erat loco sed celsus fide
discipulus erat ordine sed factus est magister exemplo/ quos sequebatur deuotione fidei. precessit velocitate martirii. Scriptum
est enim de eo in actibus apostolorum quod in ministerio viduarum sit ab apostolis deputatus. Nichil enim quod prepositus est feminis
testimonium meruit sanctissime castitatis. Beatus ergo erit frater dilectissimi qui hunc imitatus fuerit qui hunc sectatus
illa et pudicitie palmam et martirii consequetur coronam. De quo et lector Actuum apostolorum qui nobis hodie dilectissimi
fratres cum plena hodie in ipsa spe admirationis non iniquam obtinet ministerio dignitatis. Ecce inquit beatus stephanus video
celos apertos et filium hominis stantem ad dexteram dei. Considerate attentius dilectissimi fratres cum beatus martir dominum
meum ihesum christum ad dexteram dei patris stare vidisset. cur se filium hominis videre testatus est et non potius filium dei
cum utique dilatatur honoretur a deo videretur. si se dei potius quam hominis filium vidisse dixisset. Sed ita ratio postulabat
ut hunc ita videret in celo et perhiberet in mundo. Omnium enim iudeorum scandalum in hoc erat. Cur deus ut ille ipse
qui homo natus erat filius hominis esse quam filius dei diceretur. Ideo ergo pulchre scriptura diuina filium hominis ad dexteram dei
patris stare memorauit. et ad confutandam iudeorum incredulitatem. ille martir videret in celo quem a perfidis iudeis nega-
batur in mundo et ille testimonium celestis vitatis daret cum fide terrena impietas derogaret. Unde licet in psalmo psalmum
qui lectus est preciosa sit in conspectu domini mors sanctorum eius. Sed quid tu distat inter martires potest precipuus videri esse
qui primus est. Itaque cum sanctus stephanus dyaconus ab apostolis sit ordinatus apostolos ipsa beata ac triumphali morte pre-
cessit atque qui se erat inferior ordine primus factus est passione et qui erat discipulus collegium magister cepit esse. completis
illud quod beatus propheta in psalmo locutus est. qui dicit Domine retribuam domino pro omnibus que retribuit michi. Retribuere enim volunt
domino primus stephanus martir morte enim quam salvator dignatus est pro omnibus pati. ad illud primus reddidit
salvatori postquam subiecit scriptura quod dicit postquam magnis gemitibus clamat. Domine ne statuas illis hoc peccatum.
videte dilectissimi affectum beati viri videte magnam et admirabilem caritatem. In persecutione positus erat et pro

persecutoribus exorabat atque in illa lapidum nube cum alios oblivisci poterat etiam lapidantes suos quos ille domino commenda-
bat inimicos. Clamabat enim dicebat cum lapidaretur: Domine ne statuas illis hoc peccatum quia nesciunt quid faciunt. Plus ang-
tur illorum dolebat peccata quam sua vulnera, plus illorum impietate quam suam mortem. In illorum quippe impietate erat
multa que plangi debebat, in illa autem morte quid nouerat quod dolere debuit. In illorum impietate mors sequebatur
eterna, hunc vita perpetua. Imitemur ergo in aliquo dilectissimi fratres tanti magistri fidem tam perfecti nisi caritate
diligamus nos hoc autem in caritate fratres invicem quo ille sic dilexit inimicos. Et quod peius est aliqui vos non solum
inimicos non diligimus sed nec amicis fidem quidem integram custodimus. Et dicis: Non possum diligere inimicum meum
qui quotidie velut hostis paratur crudelissimus. O homo quisquis ille es attendis quid tibi fecerit homo et non consideras quid tu
feceris deo. Cum enim tu multa et maiora in deum peccata commiseris, quare non dimittis homini parum ut tibi deus dignetur di-
mittere multum. Recole quod tibi dictum in evangelio promisit et quia tibi quoddam contractum fecit. Si enim dimiseritis
hominibus peccata eorum dimittet et vobis pater vester celestis peccata vestra. Si autem non dimiseritis nec pater vester dimittet vobis
debita vestra. Videtis fratres quia cum dei gratia in potestate vestra positum est qualiter a deo iudicemur. Et iterum dimittite et
dimittetur et vobis. Ideo sepe dixi fratres et frequentius dicere debeo: Nemo se excusat, nemo se seducat
quia nihil vivit hic in hoc mundo odio habet quicquid deo in operibus bonis obtulit totum perdit quia non meretur. Paulus
apostolus dicit: Si dedero omnes facultates meas in cibos pauperum et si tradidero corpus meum ita ut ardeam
caritatem autem non habeam nihil mihi prodest. Quod verum etiam beatus Johannes confirmat dicens: Omnis qui non diligit
fratrem suum manet in morte. Et iterum: Omnis qui odit fratrem suum homicida est. Hoc loco fratrem omnem hominem intelligi-
mus enim in Christo fratres sumus. Nemo enim se a caritate de proximo presumat. Nemo de clericis nemo de re-
ligiosis, nemo de ordinibus confidat quia quamdiu inimicitias in corde tenuerit neque istis neque aliis operibus bonis
operibus placere deo non poterit. Et si libet hoc etiam quomodo deus non dedignetur audire consilium meum audiat non
me sed ipsum dominum suum: Si offers munus tuum ad altare et ibi recordatus fueris quia frater tuus habet aliquid
adversum te relinque munus tuum ante altare et vade prius reconciliari fratri tuo et tunc veniens offeres munus tuum.
Et vos puto qui iras habentes inimicitias et dolos in corde servantes et quod contrarium est presumitis accedere ad al-
tare, non timetis quod scriptum est: Qui manducat meam carnem et bibit meum sanguinem indigne iudicium sibi
manducat et bibit. Et dicis: Grandis labor est inimicos diligere et pro persecutoribus supplicare. Nec nos
negamus fratres in primis quidem labor est in hoc seculo sed premium grande erit in futuro. Per amorem hominis inimici efficeris
etiam amicus dei, immo non solum amicus sed et filius, sicut ipse dominus dicit: Diligite inimicos vestros, benefacite his qui oderunt
vos ut sitis filii patris vestri qui in celis est. Si te aliquis homo dives in hoc seculo vellet adoptivum filium facere, quos fructus
quas ei dignitates optares, quanta durissima sustineres etiam furore eius quanta ut ad caducum et fragile hereditatem
illius perveniens. Quod ergo alius sustinet propter terrenam hereditatem, sustine tu propter vitam eternam. Tormentum enim crudelissima
  contra quod propter deum possis quidem si nolueris iniurias sustinere. Quando nobis itaque si nobis aliqua potens persona iniuria
faciens in faciem maledicat ut videamus aliquid asperum non dicam vice reddere, audire sinimus. Quare hoc non ab illa per-
 potente adhuc maiora perferimus patiamur. Quod a nobis extorquet homo timor, debet a nobis exigere dei amor.
Si ergo potens persona quod nobis faciat tacemus et nichil dicere audemus, si vero equalis aut forte inferior vel leve
nobis contumelia faciat quod se homines sicut vela parata et sicut aliqua dei contemplacione surgimus et in presenti iniurias
iniurias vindicamus aut certe ad maiorem vicem reddendam animum preparamus. Quod est hoc quod qui potentes persona
nobis iniuriam intulit patienter accipimus qui inferior nimio furore succendimur quia ibi timemus homines hic deum timere
nolumus. Videte ergo fratres quantum possumus aut cum dei adiutorio nostrum cor ad pacem preparemus aut in omnibus malis
hominibus vices agere studeamus ut non ipsos homines sed ipsorum maliciam odio habeamus et pro bonis oremus ut se ad
meliora ostendat, pro malis vero ut cito ad emendacionem vite per penitencie lamenta confugiant. Quod ipse orantibus
nobis ipse prestare dignetur qui cum patre et spiritu sancto vivit et regnat deus in secula seculorum amen. Sermo eiusdem de eodem s.

Heri fratres karissimi festiva die celebravimus temporalem regis nostri natalem, hodie celebramus triumphalem militis passio-
nem. Heri enim rex noster trabea carnis indutus de aula uteri virginalis egrediens visitare dignatus est mundum,
hodie miles de tabernaculo corporis exiens triumphator migravit ad celos. Ille sempiterne deitatis
maiestate servata cingulum humilitatis assumens seculi campum pugnaturus intravit. Iste deposito corruptibili corporis
indumento ad celi palacium perhenniter regnaturus ascendit. Ille descendit carne velatus, iste ascendit sanguine
coronatus. Ascendit iste lapidantibus iudeis quia ille descendit letantibus angelis. Gloria in excelsis deo heri sancti exul-
tantes angeli cantaverunt, hodie Stephanum letantes in suo consortio susceperunt. Heri dominus exivit de utero
virginis, hodie miles egressus est de ergastulo carnis. Heri Christus pannis pro nobis involutus est, hodie Stephanus
stola est ab eo immortalitatis indutus. Heri presepis angustia portavit infantem, hodie immensitas celi suscepit Stephanum
triumphantem. Solus descendit dominus ut multos elevaret, humiliavit se rex noster ut milites suos exaltaret.
Cum enim corpori suo formavit virginis uterum ipse martiri suo aperire dignatus est celum. Dominus Jhesus Christus

augusta intrare non dedignatus est uteri ut hodie Stephanum latitudo susciperet caeli. Necessarium est nobis fratres agnoscere quibus armis praeditus Stephanus saevitiam potuit Iudaeorum superare ita ut meruisset feliciter triumphare. Neque enim praetereunda fratres talis virtus tantaque triumphus. Sciant vos quibus armis potuit praemuniri qui a multis non potuit superari. Invicte namque in eo enituit insigne virtutis, quia nec frementium saevitiam formidavit nec lapidantium ictibus devictus succubuit usque ad eo enim inter frementes mansit intrepidus et inter lapidantium fuit tormenta securus ut indubitanter Iudaeorum sitientium argueret et benignus pro lapidantibus exoraret. Hoc enim est tam magnum atque insuperabile genus armorum quo munitus saevientes mitis argueret nec timeret lapidantes, non repugnantes sed patiens superaret. Iustus ergo caelestis aulae celestis regni vivus et coronatus intraret. Paulo dein minime septus regio nullatenus est ab adversariis superatus. Quia rex noster cum sit altissimus pro nobis humilis venit sed inanis venire non potuit. Magnum quippe donativum suis militibus attulit quo eos non solum copiose ditavit sed etiam ad dimicandum invictissime confortavit. Attulit namque donum caritatis quo perduceret homines ad consortium divinitatis. Quod ergo attulit erogavit nec tamen aliquid minuit, sed mirabiliter et suorum fidelium paupertatem ditavit et indeficientibus thesauris plenus ipse permansit. Caritas ergo quae ad terram de caelo deposuit Christum, ipsa Stephanum de terris elevavit ad caelum. Caritas quae praecessit in rege, ipsa subsequenter refulsit in milite. O admiranda ubique potentia salvatoris, o praedicanda in aeternum gratia redemptoris, ostendit in matre virginitatis etiam miraculum, demonstravit in martyre invicte caritatis indicium. Integritas quippe incorrupta permansit in virgine, dilectionis virtus invicta perseveravit in martyre. Et sicut in matre domini non potuit virginitas violari, sic in martyris mente non potuit Christi caritas tanto saevientium agmine superari. Stephanus ergo ut nominis sui coronam mereretur accipere pro armis caritatem habebat et per ipsam undique vincebat. Per caritatem Dei saevientibus Iudaeis non cessit, per caritatem proximi pro lapidantibus intercessit. Per caritatem arguebat errantes ut corrigerentur, per caritatem pro lapidantibus exorabat ne punirentur. Caritatis virtute subnixus vicit Saulum crudeliter saevientem, et quem habuit in terra persecutorem in caelo meruit habere consortem. Ipsa sancta et indefessa caritas desiderabat orando acquirere quos nequivit monendo convertere. Neque enim fratres existimandus est Stephanus tunc non inimicos dilexisse cum eorum medullitus arguendo corripuit. Absit hoc ab animo martyris ad caeli palatium festinantis. Ipse enim rigidam tenuit in correctione censuram et idem in oratione expandit caritatis sanctae sinum, frenavit morione pacem; qui rigidam tenuit in correctione censuram. Et ideo in oratione expanditur meruit lenitatem, quia sui caritate non fuit in correptione saevitas. Ac per hoc sive orando sive corripiendo caritate beatus Stephanus refulgavit, quia ubique salutem errantium cogitavit et inde oratione ostendit incrépationem illam non fuisse odii sed amoris. Hoc ait faciendo et praedicando caritate beati martyris consolabimur, et utile nimis exemplum posteris dereliquit. Demonstravit enim geminam ecclesiastici dispensatoris industriam, ut ad corrigendum cuiuslibet peccantis errorem non desit in ore correptio et ad Deum pro eo supplex effundatur oratio, ut qui malum fecit per increpationem de malis operibus confundatur et per orationem apud Deum adiuvetur. Desit ipsa caritas et ore ministerium sonet et errantem corrigat et in corde patientiam fruatur ut per caritatem orationem adimpleat. Qui enim errantem non corripit de negligentia iudicabitur. Qui autem pro eo non oravit de puro affectu dilectionis effundat. Quam enim errantem non corripit de negligentia iudicabitur. Qui autem pro eo non oravit de puro affectu dilectionis effundat. Quocirca fratres si quis aliquid pro aliena salute corripit, non asperitatem accipiat motu crudelitatis, principia iudicabitur et condempnabitur. Quocirca fratres si quis aliquid pro aliena salute corripit, non asperitatem accipiat, ne putet tristitiam suae voluntatis attendat, sed consideret quod utilitatis acquirat. Ideo enim arguitur ut a pravis operibus corrigatur. Si enim vigilet in ore ne cum videt correptionem aliquorum verborum austeritate fervere existimet caritatem in corde frigescere. Si enim vigilet in ore correptio ut in corde non dormitet oratio, ac per hoc in utroque peccanti consulte prospicitur ut Deus hoc correptus confunditur. De correptione ut in corde non dormitet oratio ac per hoc in utroque peccati consulte prospicitur. Illa et scriptura dicit quem enim diligit Deus corripit. Ecclesia pro peccato a malis omnibus separatur et per orationem Deo iustitiae solvetur. Illa et scriptura dicit quia quem diligit Deus corripit. Christus ergo caritate compulsus et bonos hortatur ut in bono permaneant et malos corrigit. Flagellat autem omnem filium quem recipit. Christus ergo caritate compulsus et bonos hortatur ut in bono permaneat et malos corrigat, ut qui pessimus ut a malo recedat. Praestitum enim in istis duobus discipulis exemplum nobis monstratur salutis. Ideo ut qui pessimus ut a malo recedat, praestitum enim in istis duobus... exemplum conversionis in Paulo et qui bonus est bonus est, imitetur perseverantiam caritatis in Stephano. Qui autem malus est sequatur exemplum conversionis in Paulo. Et qui bonus est imitetur perseverantiam caritatis in Stephano. Qui vero bonum habet propositum iustitiae, aequitate usque ad finem teneat, qui autem malus est quantocius a sua pravitate discedat. Nec bonum habens praesumptione iustitiae faciat negligentem nec malum iniqua consideratio desperantem, sed ille bonum fortiter teneat et iste malum celeriter deserat. Quicumque ergo malus est cum Paulo prostratus in malo ut cum Paulo bonus timeat ne cadat, malus conetur ut surgat. Quicumque ergo malus est cum Paulo prostratus est iniquus et erectus est iustus. Cecidit saevissimus persecutor et surrexit verbi praedicator. Cadens lumen corporis impius perdidit, surgens autem lumen cordis iustificatus accepit. Coniunctus est cum Stephano; factus est ovis ex lupo. Ecce nunc Paulus et cum Stephano exsultat et cum Stephano laetatur, cum Stephano Christi claritate perfruitur et cum Stephano regnat. Quo enim praecessit Stephanus trucidatus lapidibus Pauli, illuc secutus est Paulus adiutus orationibus Stephani. Haec vero beata vita fratres mei ubi nec Paulus de Stephani occisione confunditur sed Stephanus de Pauli consortio laetatur et gratulatur, quia caritas in utroque laetatur. Caritas quippe in Stephano superavit saevitiam Iudaeorum, in Paulo cooperuit multitudinem peccatorum, caritas in utroque pariter meruit regnum possidere caelorum. Caritas est ergo omnium fons et origo bonorum, munimentum egregium, via quae ducit ad caelum. In caritate qui ambulat nec errare potest nec timere. Ipsa dirigit, ipsa protegit, ipsa perducit. Quocirca fratres quia scalam caritatis constituit Christus per quam ad caelum omnis possit ascendere christianus, puram caritatem fortiter retinete, eam invicem vobis exhibete et in eius profectu ascendite iustis operibus bonis ut ad summa etiam pervenire possitis, adiuvante gratia salvatoris nostri Iesu Christi domini nostri qui vivit et regnat cum patre.

In vigilia [illegible]

Item sermo beati Augustini de sancto Stephano prothomartire

Ihesus filius Naue in bello pugnabat et Moyses orabat. Non quia ambo pugnabant uel ambo orabant, sed unus pugnabat et alius orabat. Quanto qui pugnabat non deficiebat, quia ille orando uincebat. Ita et ego loquor quomodo uideor, sed alijs orantibus labor[o], ut fratribus coram coniungat in quod dominus ait: Aperi os tuum et ego adimplebo illud. Sed ille ab uno tantum orante iuuabatur et non superabatur. Quanto magis ubi non unus sed multi rogant dominum deum, loquendo iam non timebit cor meum, iam laude dei loquitur os meum. Dominus Ihesus Christus, fratres karissimi, iubet nobis aliquid et promittit nobis aliquid. Quod iubet finitur quia temporale est; quod promittit non finitur quia eternum est. Quod iubet opus est, quod promittit merces. Sic adiuuat salus uestra, quanta est eius misericordia erga nos, ut laborem hic posuit cum fine, mercedem in celo sine fine. Et ideo debes hic prius laborare et postea mercedem in celo sumere, porro quod hic mercedem uelle accipere et postea laborare. De quibus enim dominus dicit: Amen dico uobis, receperunt mercedem suam. Sed forte auidus es ad mercedem et piger ad laborem. Qua fronte postulas quod promisit deus, si non facis quod iubet deus? Prius ergo audi iubentem et tunc exige pollicentem. Iubet enim nobis et dicit: Diligite inimicos uestros, benefacite hijs qui oderunt uos et orate pro persequentibus uos et calumpniantibus. Audi opus, accepta mercedem: Ut sitis, inquit, filij patris uestri qui in celis est, qui solem suum oriri facit super bonos et malos et pluit super iustos et iniustos. Attendite ipsum dominum qui hoc quod iubet fecit. Nonne pro hijs qui in eum [illegible] inimici impij, qui retribuebant mala pro bonis, pendens in cruce ait: Pater ignosce illis quia nesciunt quid faciunt. Orauit in hore qua conuicia audiuit cum patre. Ita et modo orat in nobis. Orat pro nobis ut sacerdos, orat a nobis ut deus noster. Cui ergo orat pro nobis, orat a nobis, orat in nobis ut caput nostrum. Videbat et prouidebat: omnes inimicos uidebat, multos ex illis amicos futuros prouidebat. In cruce pendebat, orabat, uidebat et prouidebat. Illi dicebant Pilato: Crucifige; iste dicebat: Pater ignosce. Illi seuiebant, ille orabat. Illi seuiebant, iste omnibus ueniam postulabat. Illius iam petebat ueniam a quibus accipiebat iniuriam. Ille in asperis clauis pendebat, sed lenitatem non amittebat. Illi insultando caput agitabant, quod sanum non habebant, et qui uno sanio medico in medio seuiebant. Illi crudeliter seuiebant, ille pendebat et clamabat: Pater ignosce illis. Attendite, fratres, magis constituto frenetici cum quamquam seuiebant, pendebat ille et clamabat, et medicamentum frenetici faciebat pietas. Pendebat et tamen impendebat, et non descendebat quia de sanguine suo medicamentum freneticis faciebat. Denique fratres post resurrectionem sanat quos pendens insanissimos tolerauit, et sanguinem quem fuderunt seuientes biberunt credentes, et facti sunt sequentes qui erant persequentes. Ecce quare uenit Christus, non perdere quod inuenit sed querere et saluare quod perierat. Ut diligendo seuientes inimicos faceret credentes amicos. Sed ne multum ad te dicas esse imitari dominum tuum, qui pro te passus est relinquens tibi exemplum ut sequaris uestigia eius. Attende Stephanum conseruum tuum. Ecce sicut et tu de massa peccati erat, sic et tu eo precio redemptus ut tu. Dyaconus erat, euangelium legebat quod loquor, et tu audis et tu. Ibi inuenit scriptum: Diligite inimicos uestros. Didicit legendo et fecit diligendo. Denique cum a iudeis persecutorum non solum non conmouebatur, sed insuper lapidatoribus suis ueniam precabatur. Positis autem genibus orat deo. Fiducie certi non solum non conmouebatur [illegible]. Illi lapidabant, ille orabat. Illi cum furore persequebantur. Domine ne statuas illis hoc peccatum quia nesciunt quid faciunt. Illi malicia corrigebantur, ille apertis celis uiso filio dei sapientia illustrabatur. Ille placatus Christum sequebatur. Illi lapides mittebant, ille orando promittebat, tamen dicens: Domine si istos modo accipis inimicos, quos postea facis amicos. Denique fratres ut nouimus quantum ualuit oratio sancti martyris, reducite nobiscum ad illum adolescentem nouerimus quanto ualuit: uestimenta seruabat et tamen manibus omnium lapidabat, et postea sic noster Paulus, qui cum staret Stephanus lapidaretur, omnia uestimenta seruabat. Et tamen in manibus omnium lapidabat, et postea sic noster Paulus, qui cum suis Stephanum lapidauit, accepit epistolas a principibus sacerdotum ut quoscumque inueniret christianos uiros et mulieres uinctos perduceret in Iherusalem torquendos et puniendos. Hic cum iret in uia, subito circumfulsit eum lux de celo et cadens in terram audiuit uocem: Saule, Saule quid me persequeris? Et ille: Tu quis es domine? Et dominus ad illum: Ego sum Ihesus Nazarenus quem tu persequeris. Durum est tibi contra stimulum calcitrare, quia non stimulus sed pedes quibus calcitras uulnerabis. Ideo in me et tu persequeris. Durum est tibi contra me malo tuo et non potes sentias te bono tuo. Et contra tanta mala que committis in me ab hoc quod olim debui perdere te, sed Stephanus meus orauit pro te. Elisus est sauiens, erectus est credens. Elisus est lupus, erectus agnus. Elisus est persecutor, erectus est predicator. Dicam plenius, dicam apertius: elisus est filius perdicionis, erectus est uas electionis. Elisus est Saulus, erectus est Paulus. Ita si moriatur Stephanus, non sic orasset Paulum, ecclesia non haberet. Sed ideo de terra erectus est Paulus quia in terra inclinatus exauditus est Stephanus. Ecce quare deus dicit: Diligite inimicos uestros, quia de inimico facit amicum. Sed quid talia dicta tu quisquis es qui non diligis, figis genua, collidis frontem in terra et dicis: Deus si moriatur inimicus meus, deus si quid apud te promerui occide inimicum meum. Et utique qui oras ut hoc moriatur, malus orando contra malum, et sic estis duo mali, ille male agendo, tu male orando. Incipis esse malus cum dicis: Deus occide malum. Videte uos, deus fecit uerum. Adiutat salus uestra. Iudex hoc pro serpente reum non occidit sed iubet et spiculator occidit. Iudex dicit: Occide; tortor occidit. Et tu qui dicis deo: Occide inimicum meum, te facis medicum et deum facis tortorem. Videte uos deus non ero persecutor, non ero peccatoris tortor, sed liberator, quia nolo mortem peccatoris, sed ut conuertatur et uiuat. Ita si uoluntatem haberem prius te occiderem, antequam mutatus ueneris. Nonne me blasphemasti? non ne me iteris malis operibus irritasti? Nonne meum de terra delere uoluisti? Nonne in preceptis nec in sermonibus meis contempsisti?

si tunc te occidissem, mutuum quod modo facerem amicum. Sed ergo male erudito doces quod non feci in te ipso ego et tibi. Do-
cerem te ut mitteres me in cruce pendere. Dixi pater ignosce illis quia nesciunt quid faciunt. Docui ergo milites meos
docui martires meos. Esto tu tyrannus aduersus diabolum. Alius mortem meam pugnabis. In(ter) pro tuis inimicis orabis
gratia ad dominum ihesum christum qui cum patre et spiritu sancto viuit et regnat in secula seculorum amen. Sermo beati Augustini de Innocentibus

Hodie fratres karissimi natalem illorum infantium colimus quos ab herode crudelissimo rege interfectos esse euangelii
textus eloquitur. et ideo cum summa exultatione gaudeat terra mater celestium militum et tantarum virtutum fecunda.
Numquam (?) ... hostis nequaquam beatis paruulis tantum prodesse potuisset obsequio quantum profuit odio.
Nam sicut sacratissima presens dies festa manifestat. quantum contra beatos paruulos iniquitas abundauit tantum in eis gratia
benedictionis infulsit. Beata es bethleem terra iuda que herodis regis inmanitatem in puerorum extinctione perpessa
es. que sub uno tempore candidatam plebem in bellis infantie meruisti. Digne tu natalem illorum colimus quos
... eterne vite mundus edidit. quam quos maternorum viscerum partus effudit. Quicumque ante perpetue vite ad
epti sunt dignitatem. quam vires presentis temporis acciperent. illorum quidem preciosa mors martirum laudem in confessione meruit
horum in consummatione complacuit. quia incipientes vite primordiis ipse eis occasio initium glorie dedit. que presentis finem vite
imposuit. quos herodis impietas lactentes matrum uberibus abstraxit. qui iure dicuntur flores martirum quos
in medio frigore infidelitatis exortos. velut primas erumpentes ecclesie gemmas quedam persecutionis pruina decoxit.
et ideo dignum est interfectis pro christo infantibus honorem impendere. cerimonias non dolores facientes dare. nostras non
lacrimas. quia ipse illis fuit causa pene qui extitit et corone. ipse odii causa qui premii. Paucis autem herode par-
uulis necante. ioseph per angelum monetur ut christum dominum in egiptum transferret. egiptum ydolis plenum. Nam
post paruulorum persecutionem et ad occidentem christum properante plebis assumi. propius ad gentes ydolis deditas transire
dignatur et iudeos relinquens ignorantie seculo colendus infertur. Et quia in scripturis diuinis fratres karissimi bonos et
iustos viros persecutionem malorum semper sustinuisse cognoscimus si diligenter consideramus inuenimus illos maiora supplicia sus-
tinere quam faciunt quam qui sustinere videntur. Dic enim hic qui alium in corpore persequitur plus ipse in corde sustinere cog-
noscitur. Nam si in illi quem persequitur aliquid de substantia sua tulit maiorem sibi ipse dispendium facit quia uero hic iniustum lucrum
sit. Nam si ... ubi lucrum ibi dampnum. lucrum in archa dampnum in conscientia. tulit vestem et perdidit fidem. acquirit
sed iniusto dampno. ubi lucrum ibi dampnum. ... si ideo homines faciunt quia diem nouissimum attendere nolunt. Si enim diem mortis sue cogi-
tarent et perditionem usurarum ... ab omni cupiditate et malicia cohiberent. Sed qui modo nolunt salubriter cogitare. necesse
tamen ... vellet animus suus ab omni cupiditate et malicia cohiberet. Veniet enim ille dies nouissimus. veniet dies iudicii qui eos
sunt postea penas sine ullo remedio sustinere. Veniet enim ille dies nouissima veniet dies iudicii qui eis
hunt postea penas sine ullo remedio sustinere quia preteritum ... hac ...
ut peccatorum licebit agere ut bonis operibus se ab eterna morte potuerit redimere quia preteritum ...
peccator ut moriens obliuiscatur sui qui dum viuet oblitus est dei. Veniet dies iudicii quando mouebuntur fundamenta
montium et ardebit terra usque ad inferos deorsum quando celi ardentes soluentur quando sol obscurabitur et luna non dabit
lumen suum quando stelle cadent de celo quando peccatores et impii mittentur ad stagnum ignis ardentis et fumus tor-
mentorum illorum ascendet in secula seculorum ubi erit fletus et stridor dentium. Nos ergo fratres cogitantes nos
peregrinos et hospites esse in hoc seculo. hoc tamen quod ad victum et vestitum opus est nobis in ista vite ... huius
... et quantum possumus in eterna bene per elemosinam diligamus ut ad diem iudicii cupidi et auari per sterilitatem
reprehensi et qui tum possumus in eterna ... discedite a me maledicti in ignem eternum qui paratus est diabolo et angelis eius.
bonorum operum audire meruerunt. discedite a me maledicti in ignem eternum qui paratus est diabolo et angelis eius
nos per bonis operibus audire possimus. Venite benedicti patris mei percipite regnum quod vobis paratum est ab origine mundi.
quia esuriui et dedistis mihi manducare. nudus fui et cooperuistis me. Ad istud beatitudinis nos pius dominus sub sua
protectione perducat cui est honor et gloria in secula seculorum. Amen. Item alius sermo beati Augustini de Innocentibus

Ostendimus iudeis quia notum aliquid in iudea deus et hic christum negat perplus quod credimus. quia non nouerit prius
qui negat filium unum deum quem nati testantur quia virgo modo unum deum fecit quia vna est fides nomi-
nis et vatis testantur. unum spiritum sanctum gratia testatur. quia unum baptisma in nomine trinitatis deum perfecte dicit. au- apostolus
dunt unum deum magi credidere et aurum thus et mirram supplices ad pueri cunabula detulere. Ubi ad paruuli
victimatorum matres misere lamentantur. Nascente domino luctus cepit non celo sed mundo. Indicatur mulieribus lamentatio
angelis exultatio. infantibus ... deo enim qui natus est. innocentes illi debent victoriam. qui venit
dapnare mundi maliciam. Agnelli debent ymmolari quia agnus futurus est crucifigi. qui tollit peccata mundi. sed oues
vlulat matres quia agnos perdunt sine voce balantes. Grande martirium crudele spectaculum committitur mactatur et
nulla inueniunt causa. sola sedet inuidia. cum qui natus est nulli faciat violentiam. Sed omnino matres nulla se-
parant nos lugentes vox in rama audita est ploratus magnus et vlulatus. pugna est non credita sed certa
non deposita sed composita. Testis est ipsa natura quia pugnabat matres. cum tyrannus iactaret infantes matres
capitis dissipabat quam ornamenta capitis amittebat quantis modis infantem valebat abscondere. et ipse
se infantulus publicabat et nesciebat tacere quia necdum didicerat formidare. pugnabat mater et tyrannus ...

illa tenebat et ille tenebat Ad carnificem mater clamabat Quid separas a me que genui ecce uterum gemui
nomen filii (*similia*) quinque vero fuerunt lactauit. Contorquet aute portam quam te video manu crudeli mactare Effuderat vis
tela mea et tu eludis ad tuum Alia clamabat mater tu quator latum pellet sic occide cum paruulo matrem utrum
me dimittis tamen. Si culpa est mea est tunc adiunge mortem et libera matrem Alia dicebat Quid natum meum queris (*Ast non e*)
vnum queris et multos occidis et tu ad illum qui vivus est attingere non potestis Alia de eo clamabat Jam venit
saluator mundi quem tu queris qui nullum times videat te nudus et nos non occidat infantes Clamabat lamentaciones
tacens multorum et ad celum transibat oblacio paruulorum (*q agni*). Sic ille temptauit ipse per herodem agnellos ...
ad que veritas invitat dicens: Comedite amici mei et bibite et inebriamini karissimi. Media namque caritate constravit propter filias Ierusalem, propter infirmas videlicet animas, que dum adhuc solidum illum cibum minus capere possunt, lacte interim caritatis pro pane, oleo pro vino nutriende sunt. Que recte media describitur, quia eius suavitas nec incipientibus presto est prohibente timore, nec perfectis satis est propter abundantiorem contemplationis dulcedinem. Illi adhuc a noxiis carnalium delectationum humoribus timoris amarissima potione purgandi, nondum lactis dulcedinem experiuntur. Isti iam avulsi a lacte epulari ab intuitu glorie gloriosius delectantur solidis. Medius id est proficientibus incipientibus ita iam melleas quasdam sorbitiunculas caritatis [illegible] ut illis interim pro sui teneritudine contenti sint. Prima [illegible] humilitatis purgatorium cum [illegible]. Secundum caritatis consolatorium cum dulcedine. Tertium contemplationis solidum cum fortitudine. Heu in hoc domine virtutum quousque irasceris super orationem servi tui? Cibabis nos pane lacrimarum et potum dabis nobis in lacrimis in mensura. Quis me invitabit ad illud vel medium ac dulce caritatis convivium, ubi iusti epulantur in conspectu Dei et delectantur in leticia, ut non iam loquens in amaritudine anime mee dicam: Noli me condempnare, sed epulando in azimis sinceritatis et veritatis letus cantem [illegible] in viis domini, quoniam magna est gloria domini. Bona tamen via humilitatis, qua veritas requiritur, caritas acquiritur, fructus sapientie participantur. Denique sicut finis legis Christus, sic perfectio humilitatis cognitio veritatis. Christus cum venit attulit gratiam; veritas quibus innotuit dat caritatem. Innotescit autem humilibus; ergo dat gratiam. Dixi ut potui quo fructu humilitatis gradus ascendi debeant; dixi ut potui quo ad propositum bravium veritatis perducant. Sed quia ipsa quoque veritatis agnitio in tribus gradibus consistat, ipsos breviter si possum distinguo, quatenus clarius innotescat ad quem trium veritatis duodenarius perducat humilitatis. Capitulum 3

Inquirimus namque veritatem in nobis, in proximis, in sui natura. In nobis nosmetipsos diiudicando; in proximis, eorum malis compatiendo; in sui natura, mundo corde contemplando. Observa simul et numerum et ordinem. Primo te doceat ipsa veritas quod prius eam in te quam in proximis inquirere debeas; post hoc accipies cur prius in proximis quam in sui debeat natura requiri. In serie namque beatitudinum quas suo sermone distinxit, prius misericordes quam mundicordes posuit. Misericordes quippe cito in proximis veritatem deprehendunt, dum suos affectus in illos extendunt, dum se per caritatem sic illis conformant ut illorum vel bona tamquam propria sentiant, vel mala; cum infirmis infirmantur, cum scandalizatis uruntur, gaudent cum gaudentibus, flent cum flentibus. Hac caritate fraterna cordis acie mundata veritate delectantur in sui natura contemplari, pro cuius amore mala sustinent aliena. Qui vero ita se fratribus non consociant, sed e contrario aut flentibus insultant aut gaudentibus derogant, dum quod in illis est in se non sentiunt, qui similiter affecti non sunt, veritatem in proximis quomodo deprehendere possunt? Bene namque congruit illud vulgare proverbium: Nescit sanus quid sentiat eger, aut plenus quid patiatur ieiunus. Et eger egro et ieiunus ieiuno, quanto propinquius, tanto familiarius compatiuntur. Sicut enim pura veritas non nisi puro corde videtur, sic miseria fratris verius misero corde sentitur. Sed ut ob alienam miseriam miserum cor habeas, oportet ut tuam prius agnoscas, ut proximi mentem in tua invenias, et ex te noveris qualiter illi subvenias, exemplo scilicet Salvatoris nostri, qui pati voluit ut compati sciret, miser fieri ut misereri disceret, ut quomodo de ipso scriptum est: Et didicit ex his que passus est obedientiam, ita disceret et misericordiam. Non quod ante misereri nesciret, cuius misericordia ab eterno et usque in eternum, sed quod natura sciebat ab eterno, temporali didicit experimento. Sed forte durum tibi videtur quod dixi Christum Dei sapientiam didicisse misericordiam, quasi is per quem facta sunt omnia aliquid aliquando ignoraverit quod ex his que passus est didicerit, maxime cum id quod in epistola ad Hebreos ad id confirmandum inducimus alio sensu [illegible] videatur absurdum possit intelligi, ut hoc quod dictum est didicit non ad ipsum caput referatur in sua persona, sed ad ipsius corpus quod est ecclesia, et sit iste sensus: Et didicit obedientiam in suo corpore ex his que passus est in capite. Nam illa mors, illa crux, obprobria, sputa, flagella, que omnia caput nostrum pertulit Christus, quid aliud corpori eius id est nobis quam preclara obedientie documenta fuerunt? Christus factus est obediens patri usque ad mortem. Quare? Audiat apostolum Petrum: Christus passus est pro nobis, vobis relinquens exemplum ut sequamini vestigia eius, id est imitemini obedientiam eius. Ex his ergo que passus est discimus quanta nos qui puri homines sumus oporteat pro obedientia perpeti, pro qua et is qui Deus erat non dubitavit mori. Et hoc modo Christus dicitur in suo corpore didicisse vel obedientiam vel misericordiam seu aliquid aliud, dum tamen sibi in sua persona mirum non erit si dicitur [illegible] sic quasi ipse sit qui misereri aut obedire in sua persona nichil quod sibi latuerit ante credatur experimento potuisse addiscere, sic quod ipse sit qui discat, quia caput et corpus unus est Christus. Non nego hunc intellectum quam rectus sit, sed et alio loco docet ipse qui dicitur [illegible] debuit fratribus per omnia similari, ubi de Iesu non angelos apprehendit, ut misericors fieret. ¶ Capitulum quartum

Puto quod hec illa verba sic ad caput referenda sunt, ut corpori penitus aptari non possint. De verbo Dei utique dictum est quod angelos non apprehendit, hoc est non in unitatem sue persone assumpsit, sed semen Abrahe. Neque enim legitur: Verbum angelus factum, sed Verbum caro factum est, et caro de semine Abrahe. Ex qua seminis assumptione debuit per omnia fratribus assimilari, id est oportuit ut [illegible] facta est, id est quod nasceretur passibilis nobis per omnia excepto peccato. Quam miseriam perciperet [illegible] ut misericors fieret. Sed ad id quod paulo post sequitur: In eo enim in quo passus est ipse et temptatus, potens est eis qui temptantur auxiliari. In quibus verbis quid melius intelligi possit non video, nisi quod ideo pati et temptari omnibusque absque peccato humanis voluit communicare miseriis, quod est per omnia

fratribus similari, ut et ipse passus et temptatus misereri et compati disceret. Quo experimento, quo inquam experimento non
dico ut sapientior efficeretur, sed propinquior videretur, quibus infirmis filiis Adam, quos suos fratres et appellare et esse non dedignatus
est, suas illi infirmitates committere non dubitarent, qui sanare illos posset ut deus, et vellet ut propinquus, et cognosceret
ut eadem passus. Unde Ysaias virum eum appellat dolorum et scientem infirmitatem. Et apostolus: Non enim habemus pontificem qui non
possit compati infirmitatibus nostris. Unde autem possit indicans adiungit: Temptatum per omnia pro similitudine absque peccato. Cap. vii.

Beatus quippe deus, beatus dei filius, in ea forma qua non rapinam arbitratus est esse se equalem patri, procul dubio impas-
sibilis, priusquam se exinaniret formam servi accipiens, sicut miseriam vel subiectionem expertus non erat, sic misericordiam vel obedientiam
experimento non noverat. Sciebat quidem per naturam, non autem sciebat per experientiam. Et ubi minoratus est non solum
se ipso, sed etiam paulominus ab angelis, qui et ipsi impassibiles sunt per gratiam, non per naturam, usque ad illam formam in qua pati
et subici posset, quod utique sicut dictum est in sua non posset, et in passione expertus misericordiam, et in subiectione obedientiam, per quam
tamen experientiam non illi, ut dixi, scientia, sed nobis fiducia crevit, dum ex hoc misero genere cognitionis is a quo longe er-
raveramus factus est propior nobis. Quando enim illi appropinquare auderemus in sua impassibilitate manenti? Nunc apostolo suadente
monemur cum fiducia adire thronum gratie ipsius, quem utique, ut alibi scriptum est, languores nostros et tulisse et dolores
portasse cognoscimus, et in eo quod passus est ipsum nobis compati posse non dubitamus. Non ergo iam absurdum videri si dicitur
Christum non quidem aliquid scire cepisse quod aliquando nescierit, scire tamen alio modo misericordiam ab eterno per divinitatem et aliter in tempore didicisse
per carnem. Vide ne et similimodo dictum sit id quod discipulis requirentibus dixit de die ultimo se nescire. Nam quo illum diem
nesciebat in quo omnes thesauri sapientie et scientie sunt absconditi? Cur ergo se scire negabat quod certum est eum nescire non poterat?
Numquid ita mentiebatur volens eos celare quod utiliter non valuit innotescere? Absit. Sic enim nihil ignorare potuit cum sapientia
sit, sic nec mentiri cum veritas sit. Sed volens discipulos ab inutilis inquisitionis curiositate compescere, quod inquirebant se scire
negavit, non omnino quidem, sed tali quodam modo quo negare veraciter potuit. Nam etsi sue divinitatis intuitu cuncta presentia sicut
futura atque preterita perlustrando, diem quem illum palam sciebat, non tamen illum carnis sue sensibus experiendo agnoverat. Alioquin iam
spiritu oris sui Antichristum interfecerat, iam auribus sui corporis archangelum vociferantem et tubam sonantem, in qua spiritu
mortui suscitandi sunt, audierat. Iam oculis sue carnis omnes eos quos qui ab invicem segregandi sunt prospexerat. Denique ut intel-
ligas quod illam tamen cognitionem que per carnem fit se illum diem nescire perhibuit, vigilate inquiens, non autem nec ego scio, sed utique ipse
filius hominis scit. Quid est ipse filius hominis nisi nomen assumpte carnis? Quo scilicet nomine intelligi datur quod dicens se aliquid
nescire, non inquantum deus est, sed inquantum homo loquitur. Ille quippe loquens de se secundum deitatem non filium vel filium hominis, sed ego
vel me se ipsum ponere consuevit, ut ibi: Amen dico vobis, antequam Abraham fieret, ego sum. Ego sum, ait, non filius hominis est. Nec
dubium quin de illa essentia diceret qua ante Abraham factus est. Alibi quoque hominum de se opinionem a discipulis inquirens:
Quem dicunt, inquit, homines esse, non me, sed filium hominis. Rursum ad eosdem quid ipsi quoque sentirent interrogans: Vos autem, non quem filium
hominis, sed quem autem me esse dicitis? Carnales populi videlicet sive de carne inquirens, non carnis quod ipse est filius hominis
posuit. Spirituales vero discipulos de sua deitate interrogans, non filium hominis sed significanter me dixit. Denique Petrus
intelligens quid per hoc quod dixerat me requisitum fuisset, sua responsione aperuit: Tu es, inquiens, non tu es filius virginis,
sed Christus filius dei. Quod utique si vidisset intellexisse veritatem dixisset, sed in verbis interrogationis secundum interrogantis prudenter [?]
advertens competenter ipse quod ad interrogata videt dixit: Tu es Christus filius dei. Cum ergo videas Christum in una eademque persona
duas habere naturas, unam qua semper fuit, alteram qua esse cepit, et secundum quidem sempiternum suum esse semper omnia nosse, secundum
temporale vero multa temporaliter expertum fuisse, cur fateri dubitas ut sicut esse ex tempore cepit in carne, sic carnis quoque mi-
serias scire cepisse, illo dumtaxat modo cognitionis quem docet defectus carnis? Quod utique genus scientie protoplasti
sapientius feliciusque nescierunt, quam id attingere nisi stulte misere quoque non poterant. Sed plasmator eorum deus requirens
quod perierat, opus suum miseratus, prosecutus est descendens et ipse misericorditer quo illi miserabiliter ceciderant. Vo-
luit experiri in se quod illi faciendo contra se merito paterentur, non simili quidem curiositate, sed mirabili caritate, non ut
miser cum miseris remaneret, sed ut misericors factus miseros liberaret. Factus inquam misericors, non illa misericordia qua felix
manens habuit ab eterno, sed quam mediante miseria repperit in habitu nostro. Porro pietatis opus quod per illam cepit in
ista perficit. Non quod sola illa non posset perficere, sed quod nobis non potuit absque ista sufficere. Utraque siquidem necessaria, sed

O ineffabilis pietatis excogitatio. Quis nos illam miram misericordiam [...] nobis ista magis congrua fuit. Cap. viii.
cogitaremus, qua precedente miseria non invenimus? Quis illam ad ventum incognitam nobis compassionem, que non
passione precedente cum impassibilitate perduravit? Certe si illa que miseriam nescit non precessisset, ad hanc
cuius miseria mater est non accessisset. Si non accessisset, non attraxisset. Si non attraxisset, non extraxisset. Unde
extraxit? Nisi de lacu miserie et de luto fecis. Verumtamen illam misericordiam non deseruit, sed hanc inseruit; non mutavit,
sed multiplicavit, sicut scriptum est: Homines et iumenta salvabis domine, quemadmodum multiplicasti misericordiam tuam, deus. Sed iam
ad propositum redeamus. Ergo se miserum fecit qui ante non erat miser, ut et experiretur quod etiam sciebat,

Primus gradus veritatis

Quanto magis tu. Non dico ut te facias quod non es, sed ut attendas quod es, quia vere miser es, et sic discas misereri, quod aliter scire non potes. Nescire si proximi malum consideres et tuum non attendas, movearis non ad miserationem sed ad indignationem, non ad adiuvandum sed ad iudicandum; denique non ad instruendum in spiritu lenitatis, sed ad destruendum in spiritu furoris. Vos qui spirituales estis, ait apostolus, huiusmodi instruite in spiritu lenitatis. Apostoli consilium sive magis praeceptum est, ut mansuete, id est eo spiritu fratri aegrotanti subvenias, quo tibi vis subveniri cum aegrotas; et ut scias qualiter erga delinquentem mansuete possis, considerans, inquit, teipsum ne et tu tempteris. Considerare libet quam bene discipulus veritatis ordinem sequatur magistri. In beatitudinibus quas superius memoravi, sicut prius misericordes puritati sunt, et apostolus cum spirituales hortatur ad instruendum carnales, adiungit: in spiritu lenitatis. Instructio quippe fratrum pertinet ad misericordes, spiritus lenitatis ad mites. Ac si diceret: Inter misericordes deputari non potest qui in semetipso mitis non est. Ecce apostolus aperte ostendit quod superius me ostendisse promisi, prius videlicet veritatem esse inquirendam in nobis quam in proximis. Et considerans, inquit, teipsum, hoc est quam facilis sis ad temptandum et quam pronus ad peccandum, quatenus ex tua consideratione mitescas, sicque ad succurrendum aliis in spiritu lenitatis accedas. Alioquin si monentem non audis discipulum, arguentem time magistrum. Hypocrita, eice primum trabem de oculo tuo, et sic videbis eicere festucam de oculo fratris tui. Trabes in oculo grandis et grossa superbia in mente est, quae quadam corpulentia sui vana non sana, tumida non solida, oculum mentis obscurat et veritatem obumbrat, ita ut si tuam occupaverit mentem, iam tu te videre talem qualis es vel qualis esse potes non possis sentire, sed qualem te amas, talem te putes esse vel speres fore. Quid enim aliud est superbia quam, ut sanctus quidam diffinit, amor propriae excellentiae? Unde et nos possumus dicere e contrario humilitatem propriae excellentiae esse contemptum. Amor vero sic et odium veritatis iudicium nescit. Vis iudicium veritatis audire? Sicut audio sic iudico, non sicut odi, non sicut amo, non sicut timeo. Est iudicium odii, ut illud: Nos legem habemus et secundum legem debet mori. Est et timoris, ut illud: Si dimittimus eum sic, venient Romani et tollent locum nostrum et gentem. Iudicium vero amoris, ut David de filio parricida: Parcite, inquit, puero Absalon. Et legibus humanis statutum et tam in causis ecclesiasticis quam in saecularibus frequentatum, speciales amicos causidicorum non debere admitti ad iudicium, ne fallat vel fallatur amore. Quod si culpam amici tuo iudicio amor illius aut minuit aut prorsus abscondit, quanto magis amor tui super te iudicium fallit? Qui ergo plene veritatem in se cognoscere curat, necesse est ut remota trabe superbiae, quae oculum arcet a luce, ascensiones in corde suo disponat, per quas in seipso seipsum inquirat, et sic post duodecim humilitatis ad primum veritatis gradum pervenerit. Cum autem veritate inventa in se, imo se invento in veritate, dicere poterit: Credidi, propter quod locutus sum; ego autem humiliatus sum nimis.

Capitulum septimum

Ascendat homo ad cor altum, ut exaltetur veritas, et ad gradum secundum perveniens dicat in excessu suo: Omnis homo mendax. Putas hunc ordinem David non tenuit? Putas hoc propheta non sensit quod Dominus, quod apostolus, quod et nos post ipsos et per ipsos sentimus? Credidi, inquit, veritati dicenti: Qui sequitur me non ambulat in tenebris. Credidi ergo sequendo; propter quod locutus sum confitendo. Quid confitendo? Veritatem quam cognovi credendo. Postquam autem credidi ad iustitiam et locutus sum ad salutem, ego autem humiliatus sum nimis, hoc est perfecte. Tamquam diceret: Quia veritatem cognitam in me confiteri non erubui, ad perfectum humilitatis perveni. Nimis enim pro perfecte potest intelligi, ut ibi: In mandatis eius volet nimis. Quod si quis contendat nimis hic pro valde positum esse, non pro perfecte, quia et expositores ita ipsum videntur astruere, nec hoc discordat a sensu prophetae, ut sic sentiatur eum dixisse: Ego autem cum adhuc veritatem non nossem, putabam me aliquid esse, cum nihil essem. At postquam Christo credendo, id est eius humilitatem imitando, veritatem agnovi, ipsa quidem exaltata est in me ex confessione mea; sed ego humiliatus sum nimis, id est valde vilui mihi ex mea consideratione. Semetipsum attendat atque ergo propheta in hoc primo gradu veritatis, ut ait in alio psalmo: Et in veritate tua humiliasti me. Semetipsum attendat, atque ex ipsa miseria generale attendat, sic quod ad secundum transiens dicat: In excessu suo omnis homo mendax. In quo excessu? In illo ergo excessu suo in quo sese excedens ac veritati adhaerens seipsum diiudicat; in illo ergo excessu suo, in illo prorumpens, in quo sese excedens: Omnis homo mendax. Quid est: Omnis homo mendax? Infirmus, miser et impotens, qui nec se nec alium salvare possit. Sicut dicitur: Fallax equus ad salutem, non quod equus decipiat, sed quia ipse seipsum aequaliter fallit qui de fortitudine eius confidit. Sic omnis homo mendax dicitur, id est fragilis, mutabilis, fallax, sed quia ipse seipsum aequaliter fallit qui de fortitudine eius confidit, a quo salus non possit vel sua vel aliena sperari, quinpotius maledictionem incurrat quisquis spem suam in homine ponit. Procedens utique humilis propheta per ducatum veritatis, quod quam in se lugebat videns in aliis, dum apposuit scientiam, apposuit et dolorem, ac generaliter sed veraciter dicat: Omnis homo mendax. Vide quam longe aliud de se sensit Phariseus ille superbus, qui in excessu suo protulit: Deus, gratias ago tibi quia non sum sicut ceteri hominum. Dum in se singulariter exultat, aliis insultat arrogantius. David aliter. Ait enim: Omnis homo mendax. Neminem excipit, ne quem decipiat, sciens quia omnes peccaverunt et egent gloria Dei. Phariseus se solum decipit, quem solum excipit, dum ceteros damnat. Propheta se non excipit a communi miseria, ne excipiatur a misericordia. Phariseus exsufflat misericordiam, dum dissimulat miseriam.

Omnis homo mendax.

affirmat tamen de omnibus quod de se. Omnis homo mendax. Propheta de omnibus generaliter protulit sententiam. Non sum sicut ceteri hominum,
et gratias agit non quia bonus, sed quia solus; non tam de bonis quae sunt quam de malis quae in aliis videt. Nondum de suo oculo
trabem eiecerat, et festucas in oculis fratrum enumerat. Raptores, subdit, iniusti, raptores. Non frustra ut arbitror a
proposito excessi, si utriusque excessus distantiam intellexisti. Iam ad propositum redeundum est. Quos itaque veritas
sibi innotescere, et per hoc vilescere fecit, necesse est ut cuncta quae amare solebant, et ipsi sibi amarescant. Statuentes
nimirum se ante se, tales se videre cogunt, quales videri a se erubescunt. Displicet sibi quod sunt, et ad id quod non sunt suspirant, quod per
se fore diffidunt; vehementerque seipsos lugentes, id solum consolationis inveniunt, ut severi iudices sui, qui ipsos amore veritatis
esuriunt et sitiunt iustitiam, usque ad contemptum sui districtissimam a seipsis exigunt satisfactionem, et de cetero emendationem. Sed cum
se ad id sufficere non posse conspiciunt (cum enim fecerint omnia quae mandata sunt, servos se inutiles dicunt), de iustitia
ad misericordiam fugiunt. Ut autem illam consequantur, illud veritatis sequuntur consilium: Beati misericordes, quia ipsi misericordiam consequentur. Et hic est secundus gradus
veritatis, quo eam inquirunt in proximis, dum de suis aliorum necessitates cognoscunt, dum ex his quae patiuntur, patientibus compati sciunt.

In his ergo tribus quae dicta sunt, in luctu poenitentiae, in desiderio iustitiae, in operibus misericordiae si perseverant, a tribus impedimentis,
quae aut ignorantia, aut infirmitate, aut studio contraxerunt, cordis aciem mundant, quo per contemplationem ad tertium gradum
perveniant. Haec autem viae videntur omnibus bonae, illis dumtaxat qui laetantur cum malefecerint, exsultant in rebus pessimis,
et ex simulatione infirmitatis et ignorantia tegunt ad excusandas excusationes in peccatis. Sed frustra sibi de infirmitate vel ignorantia
blandiuntur, qui ut liberius peccent, libenter ignorant vel infirmantur. Putas primo homini profuit, licet ipse non libenter
peccaverit, quod se per uxorem tamquam per carnis infirmitatem defendit? Aut primi martyris lapidatores, qui aures suas con-
tinuerunt, per ignorantiam excusabiles sunt? Cum ergo studio et amore peccandi a veritate se sentiunt alienatos, et infirmitate
et ignorantia pressos, studium in gemitum, amorem in moerorem convertant; infirmitatem carnis fervore iustitiae vincant, igno-
rantiam liberalitate repellant, ne si nunc egentem, nudam, infirmam veritatem ignorent, tunc eam cum potentia magna et virtute venientem,
terrentem, arguentem, sero cum rubore cognoscant, frustra cum timore respondeant: Quando te vidimus egentem, et non ministravimus tibi?
Cognoscetur Dominus tunc iudicia faciens, qui nunc ignoratur misericordiam quaerens. Denique videbunt in quem transfixerunt, simili-
ter et avari quem contempserunt. Ab omni ergo labe, infirmitatis, ignorantiae, studio vel contracta, flendo, iustitiam esuriendo, operibus
misericordiae insistendo, mundatur oculus cordis, cui se in sua puritate videndam veritas promittit: Beati enim mundo corde, quoniam
ipsi Deum videbunt. Cum sint itaque tres gradus seu status veritatis, ad primum ascendimus per laborem humilitatis, ad secundum per affectum com-
passionis, ad tertium per excessum contemplationis. In primo veritas reperitur severa, in secundo pia, in tertio pura. Ad primum ratio ducit,
qua nos discutimus; ad secundum ducit affectus, quo aliis miseremur; ad tertium puritas rapit, qua ad invisibilia sublevamur.

Intueri hic mihi libet mira quaedam atque distincta individuae Trinitatis opera, si quo tamen ab homine sedente in tenebris tam
ineffabilis possit illa capi operatio, trium personarum distincta. In primo siquidem Filius, in secundo Spiritus sanctus, in tertio
Pater videtur operari. Vis audire Filii operationem? Si ego, inquit, lavi vobis pedes, Dominus et magister, quanto magis vos de-
betis alter alterius lavare pedes? Tradebat discipulis humilitatis formam veritatis magister, qua in primo veritatis
innotescebat eis. Attende et opus Spiritus sancti: Caritas Dei diffusa est in cordibus nostris per Spiritum sanctum qui datus est nobis.
Caritas quippe donum Spiritus sancti est, qua fit ut qui sub disciplina Filii per humilitatem ad primum usque gradum veritatis iam
pervenerant, ad secundum per compassionem proximi sub magisterio Spiritus perveniant. Audi et de Patre: Beatus es, Simon Bar Iona,
quia caro et sanguis non revelavit tibi, sed Pater meus qui est in caelis. Et illud: Pater filiis notam faciet veritatem suam. Et: Con-
fitebor tibi, Pater, quia abscondisti haec a sapientibus et revelasti ea parvulis. Vides quia quos verbo et exemplo prius Filius
humiliat, super quos deinde Spiritus effundit caritatem, hos tandem in gloriam Pater recipit. Filius facit discipulos, Paraclitus consolatur
amicos, Pater exaltat filios. Quia non solum Filius, sed et Pater et Spiritus sanctus veraciter veritas appellantur, constat quod una eademque
veritas, salva personarum proprietate, haec tria in his gradibus operatur, prima docet ut magister, secunda consolatur ut amicus vel
frater, tertia astringit ut filios pater. Dei quippe Filius, Verbum ac sapientia Patris, primam quidem animae nostrae potentiam, quae ratio dicitur,
repertam carnis depressam, peccato captivam, ignorantia caecam, exterioribus deditam, clementer assumens, potenter erigens, prudenter
instruens, introrsum trahens, ac mirabiliter vicaria quodam sibi ipsi iudice statuit, ita ut pro reverentia Verbi
cui coniungitur ipsa sui accusator, testis et iudex contra se veritati fungatur officio. De qua prima coniunctione Verbi et rationis
humilitas nascitur. Illa deinde pars, quae dicitur voluntas, veneno quidem carnis infecta, sed iam a ratione discussa, Spiritus sancti
digna invenitur visitatione: quam suaviter purgans, ardentem efficit, misericordem facit, ita ut more pellis quae uncta extenditur,
ipsa quoque unctione perfusa caelesti usque ad inimicos per affectum dilatetur. Et ex hac copulatione Spiritus Dei et voluntatis
humanae caritas efficitur. Utramque vero partem, rationem scilicet et voluntatem, alteram verbo veritatis instructam, alteram spiritu veritatis
afflatam, illam hyssopo humilitatis aspersam, deinde ad perfectum accensam, propter humilitatem sine macula, propter caritatem sine ruga

cui nec voluntas rationi impugnat, nec ratio veritatem dissimulat: gloriosam sibi sponsam pater conglutinat, ita ut nec
ratio de se, nec voluntas de proximo cogitare sinatur, sed hoc solum illa beata anima dicere delectetur: Introduxit me rex
in cubiculum suum. Digna erat que de scola humilitatis, in qua primum sub magistro filio ad seipsam intrare didicerat
iuxta comminationem ad se factam: Si ignoras te, egredere et pasce edos tuos. Digna ergo que de scola humilitatis
duce spiritu sancto in cellaria caritatis, que intelligenda in proximorum pectora sunt, per affectionem introduceretur; unde suf-
fulta floribus ac stipata malis, bonorum scilicet moribus ac virtutibus sanctis, ad regis demum cubiculum, cuius amore languet,
admitteretur. Ibi modicum, hora videlicet quasi dimidia, silentio facto in celo, inter desideratos amplexus suaviter quiescens,
ipsa quidem dormit, sed cor eius vigilat, quo interim veritatis archana rimatur, quorum postmodum memoria ad
se redita pascitur. Ibi videt invisibilia, audit ineffabilia, que non licet homini loqui. Excedunt quippe omnem quam
nox nocti indicat scientiam. Dies tamen diei eructat verbum, et inter sapientes sapientiam loqui et spiritualibus spiritualia licet
comparare. Putas hos gradus Paulus non transierat, qui usque ad tertium celum raptum se fuisse dicebat? Sed quare raptum,
et non potius ductum? Ut videlicet, si tantus apostolus raptum sese dicit esse, quo doctiores ne ductos potuit, me, qui Paulo
dubio minor sum, ad tertium celum nulla mea virtute, nullo meo labore pervenire posse presumam, ne vel de virtute
confidam, et per laborem diffidam. Cum enim docetur aut ducitur, eo ipso quo docente vel ducente sequitur, laborare
cernitur, et aliquid ex se agit, ut ad destinatum vel locum vel scientiam pertrahatur, ita ut dicere possit: Non autem ego, sed
gratia Dei mecum. Cum vero rapitur, non suis viribus, sed alienis innixus, tamquam nesciens quoquo portatur, nec de toto in se
nec de parte gloriatur, ubi nec per se nec cum alio aliquid operatur. Ad primum itaque sive ad medium celum ductus vel adiutus
ascendere apostolus potuit. Ad tertium autem ut perveniret, rapi oportuit. Nam et filius ad hoc legitur descendisse, ut in medium
... Item et filius ad hoc legitur descendisse ut inmedium ... patre vero licet filio et spiritu sancto cooperante
ascensuros ad primum, et spiritus sanctus missus fuisse, qui perduceret ad secundum. Patrem vero licet filio et spiritu sancto cooperante
numquam de celo descendisse aut ad terras legitur fuisse missum. Lego quidem quia misericordia domini plena est terra, et plena
sunt celi et terra gloria tua, et multa lego et de filio: Postquam venit plenitudo temporis, misit Deus filium suum. Et ipse filius
loquitur de seipso: Spiritus domini super me. Et per eundem prophetam: Nunc misit me dominus et spiritus eius. Lego et de
spiritu sancto: Paraclitus autem spiritus sanctus, quem mittet pater in nomine meo. Et cum assumptus fuero, mittam vobis eum. Haut dubium
quin spiritum sanctum. Patrem autem in sua persona licet ubique sit, numquam invenio nisi in celis, ut in evangelio: Et pater meus,
qui in celis est. Et in oratione dominica: Pater noster qui es in celis. Unde ... colligo, quia quoniam pater non descendit, apostolus, ut
eum videret, ad tertium celum ascendere non potuit, quo tamen se raptum meminit. Denique nemo ascendit in celum, nisi qui
de celo descendit. Et ne putes de primo dictum vel secundo, et tibi David: A summo celo egressio eius. Ad quod iterum
... Et non sic Helyas qui vivum? non
non subito raptus, non furtim sublatus, sed videntibus illis ... apostolus elevatus est. Nescio Deus scit; sed ut omnipotens quia qui
sic Paulus. Nescio enim vel seipsum teste, aut arbitrio liberum potuit, ipso prohibente. Nescio Deus scit. Sed ut omnipotens quia qui
voluit ascendit pro suo arbitrio, arbitros et spectatores et locum et tempus, diem et horam, ... ; videntibus illis
quos tanta visione dignatur elevatus est. Raptus est Paulus, raptus est Helyas, translatus Enoch. Redemptor noster
legitur elevatus. Hoc est quod seipso levatus, non aliunde adiutus. Denique non igneus currus vehiculo, non angeli adminiculo
... fulciri: In fessum? ... impulit, an cadente
suscepit eum nubes ab oculis eorum ... Sed ipsa virtute ... suscepit eum nubes ab oculis ... qui et si propriam novant? ... carne, sed vel iam non non? sentit?
sustinuit absit; sed suscepit eum ab oculis ... discipulorum? qui et ... per caritatem spiritus aggregat. Ad tertium per contemplationem pater
Hos ergo ad primum celum per humilitatem filius vocat, hos in secundo per caritatem spiritus aggregat, ad tertium per contemplationem pater
exaltat. Primo humiliantur in veritate, et dicunt: In veritate tua humiliasti me. Secundo congaudent veritati, et psallunt: Ecce quam bonum
et quam iocundum habitare fratres in unum. De caritate quippe scriptum est: Congaudet autem veritati. Tertio ad veritatis archana rapiuntur
et dicunt: Secretum meum michi, secretum meum michi. Sed quid ego miser, superflua magis loquacitate quam spiritus vivacitate duos
celos superiores percurro, qui manibus pedibusque repens adhuc sub inferiori laboro, ad quod tamen iam ipso innuente quo vo-
cante ... Ecce iam divinum super inferiore suspicio. Iam
tante ... scala erecta. Felix siquidem iter est quo ostendam tibi salutare Dei. Iam dominum super innixum suspicio. Iam
... porriges dexteram. Tu quidem Domine ... ad vocem veritatis ... vocavit me, et ego respondebo tibi operi manuum tuarum porriges dexteram. Tu quidem, Domine, egressus
ad vocem veritatis occulto vocavit me, et ego ... viator ... ... De ... si tenebre me comprehendant, at si
meos dimiasti?, sed ego lentus ascensor, viator ... ... De ... ; dum me ad lucem tu tempus acceptabile et dies salutis sunt prefixa. Dissi-
mulata fuga fiat in hyeme vel in sabbato, dum nunc ad lucem tu tempus acceptabile et dies salutis sunt. Prefixa dissi-
mulis? ... merore. Ora pro me, fratre fili ... et perceptor perfectus meus, si quis est in domino omnipotente ... sit
... pigri ... Idoneus non est ut ad veritatem ascen-
pigrorum roboret pedem, ut tamen non veniat michi pes superbie. Et si enim pes pigri idoneus non est ut ad veritatem ascen-
dat, tolerabilior tamen est isto, qui in ea stare non potest. Ut habes ibi: Expulsi sunt nec potuerunt stare. Et hoc de superbis.
Sed quid de illorum capite? Quid de illo qui dicitur super universos filios superbie? Et ipse numquam in veritate non stetit. Et alibi:
videbam Sathanam cadentem de celo. Quare hoc, nisi propter superbiam? Ve michi et si me videt qui alta a longe cognoscit,
superbientem, et illa super me terribilis intonet voce: Tu quidem filius excelsi eras, sed sic homo morieris et sicut unus
de principibus cades. Quis non ab huius tonitrui voce formidet? O quam salubius ad tactum angeli nervum femoris
Iacob emarcuit, quam angeli superbientis intumuit, evanuit, ruit. Utinam et nervum meum angelus tangat

ut nimirum [...] sed forte quod hic infirmitate incipiat perficere caritas quod mea infirmitate non possum nisi deficere. Et ego
profecto quod infirmum est dei fortius est hominibus. Sic quod apostolus de illo nervo agnoscitur quod angelus non domini sed sathane cola-
phizabat, virtute audivit: Sufficit tibi gratia mea, nam virtus in infirmitate perficitur. Cur ne virtus apostolus videat libenter gloriabor
in infirmitatibus meis ut inhabitet in me virtus Christi. Sed nos forsitan intelligimus de qua specialiter dicit, quod Christus omnes virtutes
habuit pro omnibus, tamen unam scilicet humilitatem nobis in se commendat cum ait: Discite a me quia mitis sum et humilis corde. Libenter igitur
et ego domine Jesu gloriabor si potero in infirmitate mea cum mei nervi contractione ut tua virtus id est humilitas perficiatur
in me. Nam sufficit mihi gratia tua cum defecerit virtus mea. Pede gratie profecto fortiter figens et meum qui infirmus est leniter
trahens securus ascendam humilitatis donec veritati adherens ad latitudinem transeam caritatis tue psallam cum gratiarum actione
et dicam: Statuisti in loco spacioso pedes meos. Sic arta via tantumque strictum incedit. Sic ardua scala tutaque
pedetentim ascenditur. Sic miro modo ad veritatem licet pigro tamen infirmitatis claudicando acceditur. Sed heu quia ideo
latum meum prolongatus est. Quis dabit mihi pennas sicut columbe quibus celeriter volem ad veritatem ut iam requiescam in
caritate. Sed quia desunt deduc me domine in via tua et ingrediar in veritate tua et veritas liberabit me. Ve mihi
quod de illa descendi, nisi enim prius leviter et inaniter descendissem, iam ascendendo tardius tamen non laborassem.
Sed quid dico descendi? Nam fortassis neminem deprimi cecidi? Nisi forte quod sicut nemo repente fit summus sed gradatim
sic pessimus sed paulatim descenditur. Alioquin quo stabit illud: Impius meditatur diebus superbit. Denique sunt vie que videntur
hominibus recte et tamen ad malum deducunt. Est ergo via descensionis sicut et ascensionis. Est via ad bonum et via est
ad malum. Cave malam, elige bonam. Si per te non potes, ora cum propheta et dic: Viam iniquitatis amove a me. Et de
lege tua miserere mei. Illa scilicet lege quam dedisti delinquentibus in via, id est delinquentibus veritatem. De quibus ego unus sum
qui vere a veritate cecidi. Sed numquid qui cadit non adiciet ut resurgat? Propter hoc viam veritatis elegi qua ascendam
humiliatus unde superbiendo descenderam. Ascendam inquam et psallam: Bonum mihi domine quia humiliasti me. Bonum mihi lex oris
tui super milia auri et argenti. Duas tibi videtur David vias proposuisse, sed unam noveris esse utramque, tamen [...] distinguitur
et diversis nominibus appellata. Aut iniquitatis propter descendentes aut veritatis propter ascendentes. Quia et idem sunt gradus
ascendentium in solium et descendentium, et eadem via accedentium ad civitatem et recedentium, et unum ostium egredientium
[...] domum et egredientium; per unam denique scalam ascendentes angeli et descendentes Iacob apparuerunt. Quo
spectat hoc? Ut videlicet si ad veritatem redire cupis non necesse sit viam querere novam quam non nosti, sed notam qua descendisti
eisdem reversus gressibus tua ipse vestigia sequens per eosdem gradus humiliatus ascendas per quos superbiendo de-
scendebas, ita ut qui duodecimus fuit superbie descendenti primus humilitatis sit ascendenti. Undecimus inveniatur secundus
decimus tertius, nonus quartus, octavus quintus, septimus sextus [...] quibus tertius cum ceteris superbie gradibus in te inventis ymo recognitis iam
non laboras inquirendo viam humilitatis. Capitulum nonum

Primus itaque superbie gradus est curiositas.
hanc autem talibus indiciis deprehendes. Si videris monachum de quo prius confidebas ubicumque stat ambulat
sedet oculis incipientem vagari, caput erectum, aures portare suspensas, e motibus exterioris hominis interiorem
immutatum agnoscas. Vir quippe perversus annuit oculo, terit pede, digito loquitur. Et ex insolito corporis motu recens anime
morbus deprehenditur. Quidem enim a sui circumspectione torpescit incuria sui curiosum in alios facit. Quia enim se ipsum
ignorat foras mittitur ut hedos pascat. Hedos quippe qui peccatum significant recte oculos aures que appellaverim
quia sicut mors per peccatum in orbem sic per has fenestras intrat in mentem. In his ergo pascendis se occupat
curiosus dum scire non curat qualem se reliquit intus. Et vere si te attendas vigilanter homo mirum est si ad aliud
umquam intendas. Audi curiose Salomonem, audi stulte sapientem: Omni custodia inquit custodi cor tuum, ut omnes
videlicet sensus tui vigilent ad illud unde vita procedit. Quo enim a te curiose recedis? Cui te interim committis? Ut quid audes oculos
levare in celum? Terram intuere ut cognoscas teipsum. Ipsa te tibi representabit quia terra es et in terram ibis. Duabus tamen
causis inculpabiliter oculos leva, vel petens auxilium vel impendens. Levavit oculos suos David in montes ut peteret,
levavit et dominus super turbas ut impenderet. Alter miserabiliter, alter misericorditer, ambo inculpabiliter. Tu autem si loco
tempore et causa considerata tua vel fratris necessitate oculos levas, non solum non culpo sed plurimum laudo. Hoc enim
excusat miseria, illud commendat misericordia. Sin alias, non prophete non domini, sed Dyne aut Eve immo sathane imitatorem
dixerim. Dyna namque dum ad pascendos hedos egreditur, ipsa patri et sua sibi virginitas rapitur. O Dyna, quid necesse
est ut videas mulieres alienigenas? Qua necessitate, qua utilitate? An sola curiositate? Et si tu otiose vides, sed
non otiose videris. Tu curiose spectas, sed curiosius spectaris. Quis crederet tunc illa tua curiosa otiositas vel otio-
sa curiositas fore non otiosa sed tibi tuis quoque hostibus perniciosa? Tu quoque Eva in paradyso posita es ut cum viro
tuo operareris et custodires illud; et si ductum perfeceris, quoque transitura ad meliora ubi nec opus sit te in aliquo opere
occupari nec de custodia sollicitari. Omne lignum paradysi ad vescendum tibi conceditur preter id quod dicitur

sciens bonum et malum. Si enim certa bona sunt et sapiunt bonum, quid opus est edere de ligno quod sapit etiam malum? Non plus sapere quam oportet sapere. Sapere enim malum sapere non est, sed desipere. Serva ergo commissum, expecta promissum. Cave prohibitum, ne perdas concessum. Quid tuam mortem tam intente intueris? Quid illuc tam crebro vagantia lumina iacis? Quid spectare libet quod manducare non licet? Oculos, inquit, tendo, non manum. Non est interdictum ne videam, sed ne comedam. An non licet oculos levare quo volo, quos Deus in mea posuit potestate? Ad quod Apostolus: Omnia mihi licent, sed non omnia expediunt. Et si culpa non est, culpe tamen indicium est. Nisi enim mens minus se curiose servaret, tua curiositas tempus vacuum non haberet. Et si culpa non est, culpe tamen occasio est, et indicium est commisse, et causa est committende. Te enim intenta ad aliud, latens interim in cor tuum serpens illabitur, blande alloquitur, blanditiis rationem, mendaciis timorem compescit. Nequaquam, inquiens, morieris. Auget curam dum incitat gulam, acuit curiositatem dum suggerit cupiditatem. Offert tandem prohibitum et aufert concessum, porrigit pomum et surripit paradisum. Haurit virus peritura et perituros paritura. Parit salus non desinit, partus nascimur morimur, ideo quia nascimur morituri, quia prius morimur nascituri. Ipsa tamen grave iugum super omnes filios tuos usque in hodiernum diem.

¶ Decimum capitulum de gradibus superbie et humilitatis

Sed et tu, signaculum similitudinis eius, non in paradiso sed in deliciis paradisi positus es. Quid amplius querere debes? Plenus ergo sapientia et perfectus decore, altiora te ne quesieris et fortiora te ne scrutatus fueris. Sta in te, ne cadas a te, si ambulas in magnis et mirabilibus super te. Sed quid interim ex obliquo intendis ad aquilonem? Iam te video, iam te perspicio nescio qua super te curiositate alta rimantem. Ponam, inquit, sedem meam ad aquilonem. Cunctis astantibus celicolis tu sedem solus affectas, fratrum concordiam, totius celestis patrie pacem, ipsius quidem, si in te est, Trinitatis quietem infestas. Quo tua te, miser, curiositas ducit, ut presumptione singulari non dubites civibus scandalum, iniuriam facere regi? Milia milium ministrabant ei et decies milies centena milia assistebant ei. Ubi nemo sedem presumit nisi solus qui sedet super cherubin, cui a ceteris ministratur. Et tu nescio que pre ceteris differentius perspiciendo, curiose inquirendo, irreverenter persuadendo sedem tibi collocas in celo, ut sis similis altissimo? Quo fine, qua fiducia? Metire, insipiens, vires, pensa finem, cogita modum. Sciente hoc altissimo presumis an nesciente, volente an nolente? Sed quomodo malum quodcumque machinaris aut velle aut ignorare potest, cuius optima voluntas, perfecta est scientia? Ut vero nisi te tantum dubitaveris, dubitare numquam ac et scire et nolle non dubitas, sed non posse resistere putas. [illegible] de omnipotentia sua, de omnimoda scientia ac bonitate conditoris, qui te de nichilo potuit talem facere, tantum te non crederes [illegible] estimas quod si nolit ac refellere possit. Aut forte in te video complere [illegible] volunt. Quo ergo deum consentire estimas, quod post te ac per te a tui similibus in terris frequentatum solet cogitare [illegible], immo a te inchoari? quod post te ac per te [illegible] de tua bonitate dum fiducia nephanda sumis, factus es [illegible] intuitus. An oculus tuus nequam est, quia ille bonus est? Sic enim est omnipotens. Hoc est quod cogitas, sed est iniquitas quam meditaris in cubili tuo et dicis: Putas creator opus suum destruat? Scio quidem quia non latet deum qualiscumque cogitatio mea. Deus [illegible] potens est. Iniquus enim est ut placeat ei talis cogitatio, quia bonus est. Sed ut si velit effugiat ego manus suas, quia potens est. [illegible] tu in timendo est. Si enim tu bonus sis, non potest ei placere malum meum, quanto minus suum. Meum quippe displicet. Sic ergo quodcumque scelus non valet velle ulcisci, quia eius voluntate aliquid velle [illegible], aut si vindicaret sese. [illegible] nec libet ut valet sua bonitate punari. ¶ Capitulum [illegible]

Fallis te, miser, fallis te, miser, non Deum. Dolose quidem agis, sed in conspectu eius. Te ergo fallis, non Deum, et mentita est iniquitas tibi, non Deo. Dolose quidem agis, sed in conspectu eius te ergo fallis, non te fallis, et mentita est iniquitas tua. Invenitur ad odium, quia de magno eius bono in te tu magnum excogitas malum. Inito iniquitas tua invenitur ad odium, quia de magno eius bono in te tu magnum excogitas malum. Quie maior iniquitas quam ut inde creator a te contempnatur, unde plus amari merebatur. Quie maior iniquitas quam ut inde creator contempnatur unde plus amari debebat? Quie maior iniquitas quam ut inde creator contempnatur, unde potuit, confisus tu de multa eius dulcedine qua de potentia dei non dubitas, quin te destruere possit qui condere potuit. Sed iniquitas non ira momentanea speras eum nolle vindicare, cum possit, mala pro bonis, odium pro dilectione retribuens. Sed iniquitas non [illegible] desperas tu ac asperitas equari, quis sic odio digna est. Sempiterno qua tuo dulcissimo et altissimo domino licet invito despectus tu, ac asperitas equari [illegible] se videat quid doleat, dum sorduit tibi te tu nolit ne detrahat cum possit, qui potius eligat ipse dolere quam peccatum puniat. Certe si talis est qualem putas, puta posse quidem, dedecet si velit, sed per dulcedinem ut estimas velle non possit. Certe si talis est qualem putas, contra ma[iestatem] tanto nequius agis si non amas, et si ille aliquid sustinet, patitur contra se potius quam ipse aliquid faciat contra. Quanta malitia est, ut tu non parcas illi qui tibi non parcat, parcendo tibi. Absit tu ab eius perfectione, ut quia dulcis est, iniustus sit. Immo verius non sit dulcedo, sed iniusta. Melior sit iniusta dulcedo quam remissa. Immo verius non sit dulcedo quam sic dulcis et iniustus esse non possit. Iustitia vero qua contemptus non sit iniustitia. Temerario ergo contempta dei bonitate qua gratis factus es ingratus, contemptus iustitiam vero qua contemptus non es, metuis ideo audacter committis culpam, de qua tibi falso promittis impunitatem. Iam certe senties iustum quem non metuis, qui dum sic te eum in eam penam machinaris, qua tu valeat bonus nosci. Cadens in foveam quam parasti auctori, ut dum sic te eum in eam penam machinaris qua tu non valeat, ea utique voluntate qua neuter coaptus est illum cavere, si velit. Sed ut putas non valeat vellet et ideo non cavere. Talis iniustissime iniustus deus in te retorqueat penam qua nec valet ut debet pati sua impune promisse bonitate offendi. Sic utique temperans in vindicta suam, ut si velis resi[piscere] non neget veniam.

piscere

Sedem tu divinitatem tuam et cor impenitentes non possis velle et id nec per ora carere. Sed iam audi calumpniam. Celum mi-
hi sedes est terra autem scabellum pedum meorum. Non dixit oriens aut occidens aut una aliqua celi plaga
sed totum mihi celum sedes est. Non potes ergo sedere in parte celi cum ille totum elegit sibi. In terra non potes quia est pedum
eius scabellum. Terra etenim locus solidus est ubi sedet ecclesia fundata super firmam petram. Quid facies? De celo pulsus in
terra manere non potes. Elige ergo tibi in aere locum non ad sedendum sed ad volandum ut temptasti concutere statum eternitatis
penam sentias proprie fluctuacionis. Te ergo fluctuante inter celum et terram sedet Dominus super solium excelsum et elevatum et
plena est omnis terra maiestate eius ut nusquam nisi in aere invenias locum. Seraphym namque alis quibus aliis sue contem-
placionis de throno ad scabellum, de scabello ad thronum volitant, aliis caput Domini pedesque velantes. Ad hoc
ibi positos puto ut sicut peccanti homini paradisus per cherubim prohibetur ingressus, ita et per seraphym tue curiositati
modus imponatur, quatenus iam celi iam magis impudenter quam prudenter archana rimeris, nec eciam mistica cognoscas
in terris, sed solum contentus condicionibus superborum qui velut inter ceteros esse dignatur sic et hominis. Liceat vero et caput in celo
et pedes in terra a te abscondantur, quod tamen medium tibi videndum ad invidendum dumtaxat tibi permittitur. Deum suspe-
sus in aere descendentes quidem apte et ascendentes angelos intuearis, sed quid vel audiant in celis vel nuncient in terris
penitus nescias. O Lucifer qui mane oriebaris, immo iam non lucifer sed noctifer. Rectus tuus cursus erat ab oriente ad
meridiem et tu prepostero ordine tendis ad aquilonem quanto magis ad alta festinas. Velim tu curiose, o curiose, intueri
tue curiositatis inquirere. Ponam, inquit, sedem ad aquilonem. Nec aquilonem hunc corporalem ut sedem hanc tuam plus spiritualem intelligo
materialem. Puto autem per aquilonem reprobandos homines fuisse designatos, per sedem potestatem in illos, quos utique in prescientia Dei
quanto es vivacior tanto certius prospicitur prudentius illos quidem sapiencie radio choruscantes illo spiritus amoris fervente
velut vacuum reperis locum. Affectasti super illos dominium, quos callida tue astucie claritate perfundens tue malicie estibus
inflammares, ut quomodo altissimus sua sapiencia ac bonitate omnibus filiis sue obediencie preerat, ita et tu super omnes filios superbie
constitutus tua eos ~~sapiencia~~ astuta malicia ac maliciosa astucia regeres per quos altissimo similis esses. Capitulum x

Sed miror cum in Dei presciencia vel presencia tuum previderes principatum cur non inde previdisti quam in fama fuit ut tu
tanta miseria cupiens principari ut velles misere preesse quam feliciter subesse. Aut non compendebat prohabere
esse plagarum illarum luciosarum quam principem tenebrarum harum. Sed credibile est quod non previdisti aut propter illam causam
quam superius dixi quia Dei bonitatem attendens dixisti in corde tuo non requireret propter quod impie Deum irritasti. Aut quia
visum principatum in oculo status superbie trabes continuit qua interposita casum videre non potuit. Sic Ioseph cum sua prudencia
conpaltatorum non prescivit sui venditorum quamvis prius eius venditores quam conpaltatores. Non quod tantum prudenciam in superbia credideris
incidisse, sed ut eius exemplo pateat quod homo qui futura prudenter per spiritum prophetie et si non omnia non idem tu putabitis
illa vidisse. Ut si quis contendat in eo quod sua sompnia adhuc adolescentulus narrabat, quod pre tue misticum ignorabat
vanitate posse notari ego tamen istud magis sum simplicitati pueri deputandum arbitror quam vanitati. Cum tamen si
qua fuit per ea que passus legitur potuit expiari. Nonnullis enim aliqua aliquando de se per revelacionem iocunda monstrantur
que et si tamquam aliquam absque vanitate scire non possunt, non minus idem venit quod monstratum est. Sic tamen ut illa vanitas in-
punita non sit qua magnitudine aut revelacionis aut promissionis in se vel leviter exultavit. Sicut enim medicus non
solum unguento sed igne utitur cum ferro quod in vulnere sanando superfluum excrevit secet urat ne sanitatem quam ex unguento
prodit impediat. Sic medicus animarum Deus huiusmodi anime providet temptaciones immittit tribulaciones quibus afflicta et humiliata
alta gaudium vertet in luctum revelacionem putet illusionem. Unde fit ut et vanitate careat et veritas revelacionis non pereat.
Sic Pauli extollenciam per stimulos carnis repressit et ipse revelacionibus crebris attollitur. Sic Zacharie infidelitas
lingue obligacione mulctatur et angeli veritas suo tempore manifestanda non mutatur. Sic per gloriam et ignobilitatem sibi
proficiunt dum in terrena dona que receperunt quandoque homines vanitate pulsari senciunt ut dum super se aliquid per gratiam
senciunt tamen non obliviscantur quod sunt. Sed quid de revelacionibus ad curiositatem, de quibus ut hic processum in-
nuisterii inde occasio suscepta est cum omne velle et scire angelum ante casum suum scire potuisse premonere illam
quam primo accepit in reprobos homines dominacionem ut tamen suam non prescivit dampnacionem. De quo ceteris nonnullis questiunculis
motis magis quam solutis totiusque disputaciuncule hec summa sit quod per curiositatem a veritate cecidit quod prius spectavit
curiose quod affectavit illicite speravit presumptuose. Iure ergo in gradibus superbie primum curiositas vendicat sibi locum
que et iam inventa est initium omnis esse peccati. Sed nisi hec cito cohibeatur in levitatem animi quam si ... cito dilabitur.

Monachus enim qui sui negligens est alios curiose circumspicit dum quosdam suspicit superiores. Capitulum xi
quosdam despicit inferiores, et in aliis quidem videt quod invideat, in aliis quod irrideat. Inde fit quod pro volu-
bilitate oculorum levitatis animus nulla utique sui cura aggravatus modo per superbiam ad alta se erigit modo
per invidiam in ima tabescit, nunc per excellenciam pueriliter hylarescit, in altero nequam, in altero vanus, in utroque

superbia consistit, qui et quia superari se dolet, et quia superare se gaudet. Amor propriae excellentiae facit has animi vicissitudines,
nunc pauca et mordacia, nunc multa et inania, nunc risu, nunc luctu plena, semper vero irrationalia indicat verba. Compara
si vis hos primos gradus superbiae supremis duobus humilitatis, et vide si non in ultimo curiositas, in penultimo levitas
cohibetur. Idipsum in ceteris reperies, si alterutrum comparaveris. Sed iam ad tertium docendo, non descendendo veniamus. Cap. xiij

Proprium est superbis laeta semper appetere et tristia devitare, iuxta illud: Cor stultorum ubi laetitia. Unde et monachus
qui duos iam superbiae gradus descendit, dum per curiositatem ad animi levitatem devenit, cum gaudium quod semper
appetit frequenter videt interpolari tristitia, quam de bonis alterius contrahit, impatiens suae humiliationis fugit ad consilium
falsae consolationis. Ex illa denique parte qua sua sibi vilitas et aliena excellentia monstratur, restringit curiositatem, ut
totum transferat se in contrariam partem, quatenus in quo ipse videtur praecellere curiose notet, in quo alter praecellit, ut dissimulet,
ut dum devitat quod triste putat, laetitia continuetur. Hinc fit ut quem sibi vicissim vendicabant gaudium et tristitia,
sola possidere incipiat inepta laetitia. In hoc autem tertio gradu tibi constitutum accipe quibus eum signis vel in te deprehendas
vel in alio. Illum qui huiusmodi est aut raro aut numquam gementem audies vel lacrimantem videbis. Putas, si attendas,
aut sui oblitum aut ablutum a culpis. In signis scurrilitas, in fronte hilaritas, vanitas apparet in incessu.
Pronus ad iocum, facilis ac promptus in risu. Cunctis quae in se contemptibilia et ideo tristia noverat a memoria rasis,
bonis quae si qua sentit in se adornatis vel simulatis ante oculos mentis, dum nil cogitat nisi quod libet, nec attendit
si licet, iam risum tenere, iam ineptam laetitiam dissimulare non valet. Ut enim vesica collecta turgida vento, puncto
quasi foramine exiguo si stringitur, crepitat et detumescit, ac ventus egrediens non passim effusus sed strictius emissus
crebros quosdam sonitus reddit: sic monachus ubi vanis scurrilibusque cor suum cogitationibus impleverit, propter disci-
plinaeque silentium non inveniens ventus vanitatis qua plenius egrediatur, inter angustias faucium per cachinnos excutitur.
Saepe vultum pudibundus abscondit, claudit labia et dentes stringit, ridet tamen nolens, cachinnat invitus. Cumque
os pugnis obstruxerit, sonitus per nares sternutare audit. Capitulum xv.

At postquam vanitas crescere et vesica grossescere coepit, necesse est ut ampliori foramine laxato, scilicet ven-
tositas eructuet, alioquin rumpetur. Sic monachus inepta redundante laetitia, dum risu vel signis eam aperte
non sufficit, in illud verba prorumpit. Et venter meus quasi mustum absque spiraculo, quod lagunculas novas di-
rumpit. Aut loquatur ergo aut rumpetur. Plenus est sermonibus, et coartat eum spiritus uteri sui. Esurit et sitit auditores,
quibus suas iactitet vanitates, quibus omne quod sentit effundat, quibus qualis et quantus sit innotescat. Inventa
autem occasione loquendi, si de litteris sermo exoritur, vetera proferuntur et nova volant, sonant verba ampullosa. Prae-
venit interrogantem, non quaerenti respondet. Ipse quaerit, ipse solvit, et verba collocutoris incepta praecidit. Cum autem pulsato
signo necesse est interrumpi colloquium, horam longam breve queritur intervallum, quaerit licentiam ut ad fabulas redeat
post horam, non ut quempiam aedificet, sed ut scientiam iactet. Aedificare potest, sed non aedificare intendit. Non curat te docere
vel a te doceri quod nescit, sed ut scire sciatur quod scit. Et si de religione agitur, statim visiones et somnia proferuntur.
Deinde laudat ieiunia, commendat vigilias, super omnia orationes exaltat; de patientia, de humilitate, aut de singulis
virtutibus plenissime sed vanissime disputat, ut tu dicas si audieris quod ex abundantia cordis os loquitur, et quia bonus
homo de thesauro suo profert bona. Si ad levia sermo convertitur, in his quanto assuetior, tanto loquacior invenitur. Di-
ces, si audias, rivulum vanitatis, flumen scurrilitatis os eius, ut ita severos et graves animos in levitatem concitet
risus. Et ut totum in brevem colligam, in multiloquio nota iactantiam, et in hoc habes quartum gradum et descriptum.
Cap. xvi. Hac eadem cautela iam attende ad quintum, quem notavi singularitatem,
et nominatim finge rem et tene nomen. Turpe est ei qui se super ceteros iactat, si non plus ceteris aliquid agat, per quod ultra ceteros appareat. Inde
non sufficit ei quod communis monasterii regula vel maiorum cohortantur exempla; non tam melior esse studet
sed videri; non melius vivere sed videri vincere gestit, quatenus dicere possit: Non sum sicut ceteri homines. Plus de
blanditur de uno ieiunio quod ceteris prandentibus facit, quam si cum ceteris septem diebus ieiunaverit. Commodior de-
videtur una oratiuncula peculiaris, quam tota psalmodia unius noctis. Inter prandendum saepe solet oculos iactare per
mensas, ut si quem minus comedere viderit, victum se doleat, et incipiat idipsum sibi subtrahere crudeliter quod
necessario victui indulgendum providerat, plus gloriae metuens detrimentum quam famis cruciatum. Si quem maciorem, si quem
pallidiorem perspexerit, vilem se aestimat, numquam requiescit. Et quoniam vultum suum ipse videre non potest, qualem se intuentibus
offert, manus quas potest et brachia spectans palpat, costas humeros attrectat et lumbos, ut pro his quae corporis
sui membra vel minus satis exilia probat, et pallorem vel colorem oris discernat. Ad omnia denique sua strenuus, ad
communia piger, vigilat in lecto, dormit in choro. Cumque aliis psallentibus ad vigilias tota nocte dormitet,
post vigilias aliis in claustro quiescentibus, solus in oratorio remanet, excreat et tussitat, gemitibus et
suspiriis aures foris sedentium de angulo implet. Sed dum ex his quae singulariter sed inaniter agit

apud simpliciores eius opinio concinnit qui perfecte opera probant quia cernunt sed unde procedant non discernunt. Dum
miserum beatificant in errorem inducunt. Capitulum xvii. De sexto gradu qui dicitur arrogantia.

Credit quod audit laudat quod agit et quid intendit non attendit. Obliviscitur intentionem dum amplectitur
opinionem. Et cum de alia omnia se plus sibi credit quam aliis de se solo plus aliis credit quam sibi ut iam non
verbotenus aut sola operum ostentatione suam preferat religionem sed intimo cordis credat affectu se omnibus
sanctiorem et quicquid de se laudatur non ignorantie aut benivolentie laudatoris sed suis meritis
arrogans ascribat. Unde post singularitatem septimum sibi gradum merito arrogantia vendicat. Post hec presumptio
invenitur in qua septimus gradus constituitur. Capitulum xviii. De septimo gradu superbie qui dicitur presumptio.

Qui enim alios se precellere putat quomodo plus de se quam de aliis non presumat. Primus in conventibus residet
in consiliis primus respondet non vocatus accedit non iussus se intromittit. Reordinat ordinata, reficit facta.
Quicquid ipse non fecit aut ordinavit non recte factum nec pulchre ordinatum estimat. Iudicat iudicantes
prejudicat iudicaturis. Ad prioratum si non fuerit assumptus aut invidum iudicat aut deceptum. Quod si mediocris ei aliqua iniuncta
fuerit obedientia indignatur aspernatur arbitrans se non esse minoribus occupandum qui se ad maiora sentit
idoneum. Sed qui sic promptulus ad omnia magis temere quam libere se consueverit ingerere impossibile est eum quicquam non
errare. Ad prelatum autem pertinet errantem arguere. Sed quomodo culpam suam confitebitur qui nec esse putat nec putari
culpabilis patitur. Propterea cum ei culpa imputatur si ergo eum arguerit fuit declinare cor eius videris in verba ma-
litie in octavum gradum qui dicitur defensio peccatorum noveris incidisse. Capitulum xix. De octavo gradu qui dicitur defensio

Multis modis fiunt excusationes in peccatis. Aut enim dicit qui se excusat non feci quod sed bene feci. Aut si male
non multum male. Aut si multum male non mala intentione. Si aut de illa sicut Adam vel Eva convincitur
aliena suasione se excusare nititur. Sed qui procaciter etiam aperta defendit quomodo occultas et malas
cogitationes cordi suo advenientes humiliter abbati suo revelabit. Capitulum xx. De decimo gradu qui dicitur confessio simulata

Licet vero guia hec excusationes ceteraque mala iudicent quas ore propheticeo verba malitie appellent multo
tamen periculosior est fallax et superba confessio quam pertinax et obstinata defensio. Nonnulli enim cum de peccatis
arguuntur scientes si se defenderent quod non sibi crederetur subtilius inveniunt argumentum defensionis verba
reddentes dolose confessionis. Est quippe ut scriptum est qui se nequiter humiliat et interiora eius plena sunt
dolo. Vultus demittitur prosternitur corpus aquas sibi lacrimulas contorquet si potuerit voce suspiriis et verba gemitibus
interrumpit. Nec solum qui humoi est obiecta non excusat sed et culpam exaggerat ut dum impossibile aliquid vel
incredibile sue culpe ore ipsius audis additum etiam illud quod ratum putabas discredere possis et ex eo quod falsum esse
non dubitas constitetur in dubium veniat quod quasi certum tenebat. Dum quod affirmat quod credi noluit confitendo
culpam defendit et aperiendo tegit quando et confessio sonat laudatur in ore et adhuc iniquitas occultatur in corde
ut is magis ex humilitate quam ex veritate confiteri putet qui audit aptans ei illud scripture. Iustus in principio accu-
sator est sui. Malunt enim apud homines veritate periclitari quam humilitate cum apud deum periclitetur utrumque. Aut
si adeo culpa manifesta sit quod ulla tergiversatione penitus tegi vix ut possit nec vox penitentis non cor penitentis
assumitur qua nota doleant dum ignominiam manifeste transgressionis decore recompensat publice confessionis.
Gloriosa res humilitas qua ipsa quoque superbia palliare se appetit ne vilescat. Sed hec tergiversatio cito a prelato de-
prehenditur si ad hanc superbam humilitatem non leviter flectitur quo magis dissimulet culpam vel differat penam.
Vasa figuli probat fornax et tribulatio vere penitentes distinguit. Cum enim vadit penitens laborem penitentie non
abhorret sed quicquid sibi pro culpa quam odit iniungitur tacita conscientia patienter amplectitur. Et in ipsa quoque obedientia
duris ac contrariis rebus aborties quibuslibet irrogatis iniuriis sustinens nec lacessit ut in quarto gradu stare se vi-
humilitatis. Cuius vero simulata confessio est una vel levi contumelia aut exigua pena interrogatis iam humilitatem
simulare non potest immurmurat fremit irascitur nec in quarto stare humilitatis sed in nonum superbie corruisse probatur
qui quoniam despectus est recte simulata confessio dici potest. Turbata prius tunc confessio sit in corde superbi cum sicut
decipitur prope amittit laus minuitur nec culpa diluitur tandem notatur ab omnibus iudicatur ab omnibus eo quod eos
vehementerque indignatur quod falsus consipiunt quicquid de eo prius opinabat. Tunc opus est prelato ut eo minus illi
parcendum putet quo magis omnes offenderet si ei parceret. Capitulum xxi. De x° gradu qui dicitur rebellio

Sic nisi cum misericordia divina superna respiciat ut quod valde talibus difficile est vinumoribus iudiciis tacitus
acquiescat frontosus et impudens fratribus tanto deterius quanto desperatius in decimum gradum per rebellionem
corruit qui prius latenter arrogans fratres contempserat iam patenter inobediens etiam magistrum contempnit

Sciendum itaque quod hos gradus quos in superbia posui in tres tantum colligi possunt, ut in sex superioribus contemptus fratrum, in quatuor sequentibus contemptus magistri, in duobus qui restant contemptus consummetur Dei. Notandum quoque quod hi duo ultimi superbie gradus qui humilitatis ascendendo primi inveniuntur, sicut extra congregationem ascendendi sunt, ita in congregatione descendi non possunt. Quod autem ante ascendi debeant, ex hoc apte intelligi datur quod de tertio in regula legitur: Tertius humilitatis gradus est ut quis pro Dei amore omni diligentia se subdat maiori. Si ergo in tertio gradu subiectio collocatur, qua paulo superius fit quod primum nomen conventui sociatur, consequens est quod duo anteriores iam transcendi intelligantur. Denique ubi fratrum concordia ac magistri sententia contemnitur, quid iam in monasterio nisi scandala facit? Capitulum XXII. De libertate peccandi.

Post decimum itaque gradum qui rebellio dictus est, expulsus vel egressus de monasterio, statim corruit in undecimum. Et tunc ingreditur vias que videntur hominibus bone, quarum finis, nisi forte eas Deus sepserit, demergit eum in infernum profundum, id est in contemptum Dei. Impius enim cum venerit in profundum malorum, contempnit. Potest autem undecimus gradus appellari libertas peccandi, per quam monachus cum iam nec magistrum videt quem timeat, nec fratres quos vereatur, tanto securius quanto libentius sua desideria implere delectatur, a quibus in monasterio tam pudore quam timore prohibebatur. Et quamvis iam fratres vel abbatem non timeat, Deum tamen adhuc aliquantulum timet. Proinde nec sine aliqua dubitatione queque prima illicita perficit; sed sicut is qui vadum temptat, pedetentim non cursim in gurgitem vitiorum intrat. Capitulum XXIII. De XII° gradu superbie qui dicitur consuetudo peccandi.

Et postquam terribile Dei iudicium prima flagitia impunitas sequitur, experta voluptas libenter repetitur, repetita blanditur. Concupiscentia reviviscente sopitur ratio, ligat consuetudo. Trahitur in profundum malorum, traditur captivus tyranno vitiorum, ita ut carnalium voragine desideriorum absorptus, sue rationis Deique timoris oblitus dicat insipiens in corde suo: Non est Deus. Iam indifferenter licitis pro libitu utitur. Ab illicitis cogitandis, patrandis, investigandis non animum, non manus vel pedes prohibet: sed quidquid in cor, in buccam, ad manum venerit, machinatur, garrit et operatur, malevolus, maledicus, facinorosus. Quemadmodum denique ascensis omnibus gradibus, corde iam alacri absque labore, pro bona consuetudine iustus currit ad vitam: sic descensis, impius pro malo usu, non se ratione gubernans, non timoris freno retentus, intrepidus festinat ad mortem. Medii sunt qui fatigantur, angustiantur, qui nunc metu cruciati gehenne, nunc priscis retardati consuetudinibus, descendendo vel ascendendo laborant. Summus tantum et infimus sine impedimento et absque labore ad mortem iste, ad vitam ille festinat: alter alacrior, alter pronior; illum alacrem caritas, istum pronum cupiditas facit. In altero amor, in altero stupor laborem non sentit. In illo denique perfecta caritas, in isto consummata iniquitas foras mittit timorem. Illi veritas, isti cecitas dat securitatem. Potest ergo duodecimus gradus appellari consuetudo peccandi, qua Dei metus amittitur, contemptus incurritur.

Pro tali iam, inquit Iohannes apostolus, non dico ut quis oret. Sed numquid dicis, o Apostole, ut quis desperet? Immo gemat qui illum amat, non presumat orare, non desistat plorare. Quid est quod dico? Numquid forte ullius remanet spei reliquum, ubi oratio non invenit locum? Audi credentem, sperantem, et tamen non orantem: Domine, si fuisses hic, frater meus non fuisset mortuus. Magna fiducia, qua credidit sua presentia Dominum mortem prohibere potuisse, si affuisset. Quid vero? Que credidit vivum potuisse servare, mortuum dubitet posse resuscitare? Sed et nunc scio quia quecumque poposceris a Deo, dabit tibi Deus. Deinde querenti ubi posuerint eum: Veni et vide. Quare? O Martha, magna nobis fidei insignia tribuis. Sed quomodo cum tanta fide diffidis? Veni, inquis, et vide. Cur, si non desperas, non prosequeris: et dicas, Et resuscita? Si autem desperas, cur Magistrum sine causa fatigas? An forte fides aliquando impetrat quod oratio non presumit? Denique appropinquantem cadaveri prohibes, et dicis: Domine, iam fetet; quatriduanus enim est. Desperando hoc dicis, an dissimulando? Sic quippe ipse Dominus post resurrectionem suam finxit se longius ire, cum tamen vellet cum discipulis remanere. O sancte mulieres Christi familiares! Si fratrem amatis, cur eius misericordiam non flagitatis, de cuius potentia dubitare, pietate diffidere non potestis? Sic melius, tamquam non orantes oramus; sic efficacius quasi diffidentes confidimus. Exhibemus fidem, prodimus affectum; scit ipse, cui non est opus ut aliquid dicatur, quid desideramus. Scimus quidem quia omnia potest; sed tam grande miraculum, tam nobis inauditum, etsi eius subest potentie, multum tamen excedit universa merita humilitatis nostre. Sufficit nobis potentie locum, pietati dedisse occasionem, malentes patienter expectare quid velit, quam impudenter querere quod forsitan nolit. Denique quod meritis nostris deest, verecundia forsitan supplebit. Petri quoque post grande lapsum lacrimas quidem video, sed precem non audio: nec tamen de indulgentia dubito. Disce et in Matre Domini magnam et imitabilem fidem; disce in magna fide verecundiam retinere; disce verecundiam decorare fide, reprimere presumptionem. Vinum, inquit, non habent. Quam breviter, quam reverenter suggessit unde pie sollicita fuit! Et ut discas in huiusmodi magis pie gemere quam petere presumptuose, pietatis estum pudoris temperavit umbra, et conceptam precis fiduciam verecunde suppressit. Non frontose accessit, non palam locuta est, ut audacter coram omnibus

dicit Obsecro fili deficit vinum contristantur convive confunditur sponsus Ostende quid possis Sed licet aut multo plurimum pectoris
estuans fervens loquatur affectus pro nostra tamen potencia pia filium mater adiit non potenciam temptans sed voluntatem
explorans Vinum inquit non habent Quid modestius quid fidelius non defuit pietati fides vox gravitatis efficacia voto
Si ergo illa cum mater sit matrem se oblita non audet petere miraculum vini Ego vile mancipium cui permagnum est
filiis saltem ac matris esse vernaculum qua fronte presumo pro vita petere quadriduani Duo etiam in ewangelio ceci visum
alter accepisse alter recepisse leguntur alter quem amiserat alter quem non habuerat unus scilicet contractus alter vero cecus
natus Sed qui contractus mirabiliter mirisque clamoribus miraculum meruit Cum vero cecus natus tanto misericordius
natus Sed qui contractus mirabiliter nullis suis precibus preventum sui illuminatoris beneficium meruisse sensit Illi denique dictum est fides
quanto mirabilius nullis suis precibus preventum sui illuminatoris beneficium meruisse sensit Illi denique dictum est fides
tua te salvum fecit Huic autem non Duos recentes mortuos tercium iam quadriduanum lego resuscitatos solis tamen
in domo adhuc positam precibus patris duos autem ex insperata magnitudine pietatis sue sed et forma sic contigit quod de
in domo adhuc positum precibus patris duos autem ex insperata magnitudine pietatis sue illud ac forma si contigit quod deus
avertat aliquem de nostris fratribus non in corpore sed in anima mori quamdiu inter nos adhuc est pulsabo et fratres precibus et ego
meus qualiscumque peccator salvatorem Si revixerit lucrati sumus fratrem Sin vero non meruimus exaudiri ubi iam vel
tolerare vivos vel tollere a vivis non potuit sed incipiet efferri semper quidem fideliter gemo sed non iam fiducialiter ago
tolerare vivos vel tollere a vivis non potuit sed incipiet efferri semper quidem fideliter gemo sed non iam fiducialiter ago
non apte audeo dicere Veni domine suscita mortuum nostrum corde tamen suspenso tremulis intus clamare non cesso si forte
desiderium pauperum exaudiet dominus preparacionem cordis eorum audiet auris eius Et id est nunquid mortuis facies mirabilia aut
medici suscitabunt et confitebuntur tibi Et de quadriduano Nunquid narrabit aliquis in sepulcro misericordiam tuam et veritatem
tuam in perdicione Posset interim salvator si vellet improvise et insperate occurrere nobis lacrimis eque porcionem mortis
tua in perdicione Posset interim salvator si vellet improvise et insperate occurrere nobis et lacrimis eque portionem mortis
non precibus mortui vitam reddere vivis aut etiam iam sepultum revocare a mortuis Mortuum autem dicimus illum qui
sua peccata defendens in octavum iam corruit gradum A mortuo enim tamquam qui non est perit confessio Post decimum
vero qui tercius est ab octavo iam effertur in libertate peccandi quod compellitur a consorcio monasterii At postquam ad tercium transierit
iam quadriduanus recte dicitur quia in quartum decidens per consuetudinem sepelitur Absit autem a nobis ut eciam pro talibus
et si palam non presumimus vel in cordibus nostris orare cessemus cum paulus eciam eos lugeat quos sua pena mortuos sciret
et si palam non presumimus vel in cordibus nostris orare cessemus Videant tamen in quanto periculo sint qui
et si eciam a quibus orationibus ipsi se excludunt sed ab affectibus omnino non possunt Videant tamen in quanto periculo sint qui
quibus eciam palam orare non audeat que fidenter eciam pro iudeis pro ethnicis et pro gentibus orat Cum enim in passione
quibus eciam palam orare non audeat que fidenter eciam pro iudeis pro hereticis et pro gentibus orat Cum enim in passione
nominatim pro quibuslibet malis oretur nulla tamen fit mencio pro excommunicatis Dicis forsitan frater Gaufride me aliud quam tu
nominatim pro quibuslibet malis oretur nulla tamen fit mencio pro excommunicatis Dicis forsitan frater G. me aliud quam tu
quesisti quam ipse promisi tandem constituisse cum pro gradibus humilitatis superbie gradus videar descripsisse Ad quod
ego non potui dicere nisi quod didici Non putavi congruum me describere ascensiones cum plus descendere quam ascendere
ego non potui dicere nisi quod didici ego quid proponam
nomini Proponat tibi beatus benedictus gradus humilitatis quos ipse prius in corde suo disposuit ego quid proponam
non habeo nisi ordinem mee descensionis in quo tamen diligenter inspiciatur via forsitan ascensionis reperitur
Si enim romam tibi tendenti homo inde veniens obviaret quesiturus viam quid melius quam illam qua venit ostenderet
Si enim romam tibi tendenti homo inde veniens obviaret quesiturus viam quid melius quam illam qua venit ostenderet
Si enim romam tibi tendenti homo inde veniens obviaret castella villas urbes et fluvios ac montes per quos transierit nominat suum denuncians iter tuum prenunciat
quod castella villas urbes et fluvios ac montes per quos transierit recedendo veniendo In hac simili modo mea descensione gradus
ita ut eadem loca recognoscas eundo que ille pertransierit recedendo veniendo In hac similiter mea descensione gradus
ascensionis fortasse reperies quos ascendendo melius tu in corde tuo quam in nostro codice leges Deo gracias ihesus christe

Explicit libellus beati bernhardi abbatis de xii gradibus humilitatis et superbie 1476 in die sancti clementis

Ysidorus de summo bono

Summum bonum deus est quia incommutabilis est et corrumpi omnino non potest. Creatura vero bonum est sed non summum quia mutabilis est. Et dum sit quidem bonum, non tamen esse potest et summum. Quid est immortalitas dei nisi eius incommutabilitas. Nam et angeli et animae immortales sunt, sed incommutabiles non sunt. Ideo quia solus deus dicitur immortalis quia solus incommutabilis. Nam anima moritur dum deserente deo de bono in malum mutatur. Sic et angelus dum deserente deo est lapsus. Quod materiam habet unde constat mutabile est quia de informi ad formam transiit. Quod vero non habet materiam immutabile est sicut deus. Itaque bene ac subaliter ista sunt in deo: incorruptio, immortalitas, incommutabilitas. Unde et merito cunctae praeponitur creaturae. Opus non consilium apud deum. Nec variatur eius quia pro variis temporibus diversa praecepit, sed manens idem incommutabilis et aeternus, quod cuique congruum est temporibus ab ipsa aeternitate in eius mansit dispositione consilii. Non usu nostro aliud deum putare et aliud pulchritudinem eius atque aliud mansuetudinem eius, sicut aliud est homo et aliud pulchritudo eius, quia desistente pulchritudine homo manet. Ac per hoc qui ita intelligit deum corporeum esse credit deum, dum pulchritudo dei ipse deus sit. Ideo deus dicitur simplex sive non amittendo quod habet, seu quia non est aliud ipse et aliud quod in ipso est. Inordinate dicuntur secundum conditionem vitiorum solet ea quae ordinate in deo sunt. Utpote simplicitas quae aliquando dicitur pro stultitia, et non est. Apud deum vero simplicitas est summa. Ipsa haec regula et recta aestimanda sunt.

Quod immensus omnipotens sit deus. Capitulum 2.

Non ideo caelum et terram implet deus ut contineant eum, sed ut ipsa potius contineantur ab eo. Nec particulatim deus implet omnia, sed cum sit idem unus, ubique tamen totus est. Non ita putandus est esse deus in omnibus ut unaquaeque res pro magnitudine portionis suae capiat eum, id est maxima maius et minima minus, dum sit potius etiam ipse totus in omnibus sive omnia in ipso. Omnipotentia divinae maiestatis cuncta potestatis suae immensitate concludit, nec evadendi potentiam eius quis inveniet aditum, quia ille omnia circumquaque constringit. Cuncta enim intra deum inclusi omnipotentia continentur, sive quae continenda sunt ut salva sint, seu ea quae amputanda sunt ut pereant. Nullatenus ergo possibile est effugere deum quempiam. Qui enim eum non habet placatum, nequaquam evadit iratum. Immensitas divinae magnitudinis ista est ut intelligamus eum intra omnia sed non inclusum, extra omnia sed non exclusum, et ideo interiorem ut omnia contineat, ideo exteriorem ut incircumscriptae magnitudinis suae immensitate omnia concludat. Per id igitur quod exterior est ostenditur creator esse, per id vero quod interior gubernare omnia demonstratur. Ac ne ea quae creata sunt sine deo essent, deus interior est, ut omnia concludantur ab eo. De consummatione autem facti dicitur perfectus deus. At qui non est factus quomodo est perfectus? Sed hunc sermonem de usu nostro sumit inopia, sicut et reliqua verba, quatenus id quod ineffabile est utcumque dici possit, quia de deo nihil digne humanus sermo dicit. Dum localis non sit deus, localiter tamen ambulat in suis sanctis dum de loco in locum praedicatur ab eis. Nam deus qui nec loco movetur nec tempore, in suis tamen suis et tempore et loco movetur quoties ab eisdem localiter praedicatur. Dum de deo nec secundum qualitatem nec secundum situm nec secundum habitum aut motum aliquid digne dicatur. Inest tamen ei quaedam latitudo caritatis qua nos ab errore abstrahit et colligit in unitate. Inest ei et longitudo qua nos longanimiter malos portat, donec emendatos patriae futurae restituat. Inest ei et altitudo per quam omnem sensum suae scientiae immensitate superat. Inest ei et profundum quo damnandos inferius iusto aequitate vel iusta aequalitate damnandos deus in infimis suis disponens.

Quod invisibilis sit deus. Capitulum 3.

Cum de deo loquens scriptura plerumque dicit sedere deum [illegible] perordinat, quod non quasi visibilem ostendit, sed ubique putetur sedeat pro eo quod dicitur sedere deus, vel quod magnitudinem divinitatis eius nulla possit substantia attingere etiam nec angelica. Creatura usque ad parvitatem angelicam humana post resurrectionem natura proficiat ad contemplandum deum indefessa consurgit, videre tamen eius praesentiam non valet plene, quam nec ipsa perfecto angelica in totum attingit natura secundum apostolum qui ait: Et pax dei quae exsuperat omnem sensum, ut scilicet etiam angelorum. Sola enim trinitas sibi integre nota est et humanitas a Christo suscepta quae tertia est in trinitate persona. Intelligibiliter quodam nostro modo dei scientia sciri potest dum esse creditur. Opus vero eius quod utique ei coaequari non potest atque indicia a nullo penitus sciuntur. Dei secreta vel iudicia eius non posse sensu penetrari vel angelico vel humano, et ideo quia occulta sed iusta sunt, tantum ea venerari opus est et timere, non discutere aut inquirere secundum apostolum qui ait: Quis cognovit sensum domini aut quis consiliarius eius fuit.

Quod ex creaturae pulchritudine cognoscitur deus. Capitulum 4.

Saepe ad incorpoream creatoris magnitudinem creaturarum corporea magis ducimur [illegible] componitur ut magna considerentur ex parvis et ex visibilibus invisibilia aestimentur, atque ex pulchritudine factorum effector operum agnoscatur. Non tamen parvitate consimili, sed ex quadam subdita et creata specie hominum

sicut ars in artifice retorquet laudem, ita rerum creator per creaturam suam laudatur, et quanto sit excellentior ex ipsius operis condicione monstratur. Ex pulchritudine conspecte creature pulchritudinem suam que conscribi nequit facit deus intelligi, ut ipsis vestigiis veniatur homo ad deum quibus est aversus, ut qui per amorem pulchritudinis creature a creatoris forma se abstulit, rursus per creature decorem ad creatoris pulchritudinem veniatur. Ambrosius. Gradibus intelligentie per creaturam progreditur homo ad intelligendum deum creatorem. Idem. Ab insensibilibus surgens ad rationabilia venit ad creatorem. Intelligibilia per se collaudant deum, irrationalia et insensibilia non per se sed per nos, dum ea considerantes deum laudamus. Sed idem dum ipsa laudare, quia earum laude earum prebent causam. Dicunt antiqui quod nichil causa sit, sic quod non sensum habeat ad deum. Hic est illud quod ex silice scintilla excutitur, et si ignis in saxo utique ibi sentitur sensus ubi se vita non sentit.

¶ Ut quod usu nostro quedam species ad deum referuntur. ¶ Capitulum vi.

Nostro usu deus zelare dicitur vel dolere, horum cum motuum apud deum perturbatio non est, apud quem tranquillitas summa est. Non ita perturbanda est mens sua ut credamus posse deo furoris vel iracundie ... sed ipsam equitatem iustitie qua reos punit iracundiam sacra lectio nominat, cum quamquam vindictionis actione perturbatio. Itaque intelligere opus est et alias passiones quas de affectione animi equidem est furor est et indignatio patientis. Itaque intelligere opus est ... inconmutabilis sit credendus et tamen per causarum effectibus ut facilius intelligatur ducit scriptura ad deum, ut et ipse se inconmutabilis sit credendus et tamen per causarum effectibus ut facilius intelligantur. Unde Clemens: De humane consulit infirmitati, ut qui eum scire non possunt, agnoscere iuxta locutionis morem. Seipsum nobis consumet, unde et membrorum more qualitates habere scribitur et passionum indignationem dici de se voluit, quatenus ad sua per misericordiam traxit et dum condescendit nobis. Consurgeremus eis. Multis modis ad formandum deus se hominibus de inferioribus rebus species ad se trahit, que tamen in ipso proprie sciamus invisibilem esse et incorporeum constat. Plerumque de corporibus ad deum sumuntur qualitatum species que tamen in deo non sunt, qui in ipsa natura incorporeus est et incircumscriptus, sed per efficientiam rerum in ipso species scribuntur. Ut qui omnia videt dicatur oculus, et propter hoc quod audit omnia dicatur auris, propter eo autem quod audit ambulat, propter eo quod appetit stat. Sic et in ceteris horum et propter hoc quod audit omnia dicatur auris. Sic est obliviscens et meminens. Hinc est quod et propheta dicit: Iuravit dominus. Similibus ab humanis membris sumitur similitudo ad deum, sic est obliviscens et meminens. Et alibi sub figura et ursus et scarabeus compositum per arcam suam. Non quod deus arcam habeat sed hoc modo enarrat affectum. Et alibi sub figura et ursus et scarabeus ... qui usque ad mortem passionis seu carnis querelas descendisse intelligitur. Nec mirum si talibus sermonibus figuretur. Non ita et propheta agnus non per naturam sed per innocentiam, et leo per fortitudinem non per naturam, et sponsus per mortem et sapientia cognoscitur. Nam et propheta agnus non per naturam, sed per innocentiam et leo per fortitudinem, non per naturam et sponsus per mortem et sapientia. Etiam et in prophetia plaustri portantis fenum species ducitur ad deum. Et hec omnia ideo per figuram prophetie qui non per naturam scribuntur. Nam et in prophetia plaustri portantis fenum species ducitur ad deum. Non secundum essentiam sed secundum similitudinem species ducuntur ad deum, neque per substantiam nichil est horum, sed per proprietatem substantie omnis. Non secundum essentiam sed secundum similitudinem species ducuntur ad deum. Unde et creditur deus numquam visibiliter hominibus apparuisse nisi per assumptam creaturarum proprietate sed per efficacia causarum. Unde et creditur deus numquam ... arbitrantes deum esse corporeum. Dum speciem fallitur quidam stultorum dum legunt ad ymaginem dei factum esse hominem, arbitrantes deum esse corporeum. Non ergo est corporis forma in deo quia homo ad ymaginem non caro que est corpus, sed anima que est spiritus dei ymaginem habeat. Non ergo est corporis forma in deo quia homo ad ymaginem ... et dum invenerit, ille est deus. Facies dei in scripturis non caro sua creatur. Cogita ergo quale corpus habeat vitas et dum inveneris, ille est deus. Facies dei in scripturis non caro sua creatur. Cogita ergo quale corpus habeat ... Hac enim voce dicitur deo: Unde sed divina cognitio intelligitur, eadem voce qua per faciem conspecta quisque cognoscitur. Hac enim voce dicitur deo. Unde ... Os dei unigenitus eius est. Nam sicut per verbis quod per lingua fiunt nobis faciem tuam. Et si dicatur: Da nobis cognitionem tuam. Os dei unigenitus eius est. Nam sicut per verbis que per linguam fiunt ... quod mos est ut ore verba formentur. Et si volumus quem locutionis sepe dicimus illa et illa, ita et per dei verbo os ponitur, quia mos est ut ore verba formentur. Et si volumus quem locutionis sepe dicimus illa et illa ita et per dei verbo os ponitur ... sic lingua per verbis sic manum per litteris illo demonstrare quo id quod efficit per id quod efficitur nominatur. Sicut os per verbo ponimus, sic linguam per verbis sic manum per litteris illo demonstrare quo id quod efficit per id quod efficitur nominatur. Ad posteriora vero opus respicit, dum in futuro faciem ad faciem quibusque vestigia dei sunt quibus nunc per speculum deus noscitur. Ad posteriora vero opus respicit dum in futuro faciem ad faciem quibusque electis putabitur, ut ipsam speciem contemplentur cuius nunc vestigia comprehendere conantur. Hoc est quem videre per speculum dicitur sicut et cetera.

¶ Quod deo nulla temporum successio ascribitur. Capitulum septimum.

Omnia tempora precedit divina eternitas. Preteritum futurum vero aliquid credit, sed omnia presentia in eo dum que eternitate sua cuncta complectitur. Alioquin mutabilis esset deus credendus si ei successiones temporum ascriberent. Si semper cum deo cuncta essent tempora non esset tempus, sed esset eternitas. Nec mutarentur tempora, sed starent. Prius preteritum et futurum unum est. Hec non deo ubi gratia dicimus per presenti teneo codicem, per preterito tenui, per futuro tenebo. Unum sit ante vero deus tenet et per tenuit et tenebit tenet deus. Sed nec ipsorum angelorum discessio accessio vero est temporum. Nam duas constat esse in creaturis res quas vicissitudo temporum non valet limitare: angelos scilicet propter quod inconmutabili inherent creatori, sine materiam informem, prius quam ex ea omnia ista que temporaliter ... voluit formaret. Hec ipsi utique valebat tempus accedere. Tempus enim non ad eas creaturas que super celos sunt, sed ad eas que sub celo sunt pertinet. Non enim angelis accedunt tempora vel succedunt, sed nobis qui sub celo versamur in hoc infimo mundo.

¶ De temporibus. Capitulum septimum.

Nulla ante principium mundi tempora fuisse, quia dum sit ipsum tempus creatura, in principio tamen mundi factum credendum est. Ideo principium dicitur quod ex ipso cepit rerum universarum exordium. Nullum spatium temporale ante tempora quia ante absque

cedit pene quam veniat. Ideo quia in rebus nullus status est tempus quia celeri creature motu mutatur. Nec certum anni pro
tempus est. ut unus aug unum tempus est. nec unus mensis unum tempus est. nec dies nec hora. quia dum ? omnia particulis
succedunt sibi et decidunt. quo unum dum est quod sibi non est. utrum sit preteritum futurum vel tempus sicut prius. Et si est
scire oportet ubi est. Sed absolute quod dicta et futura et preterita et presentia in animo sunt potius requirenda. Tria ista preterita
presentia et futura in animo tum invenimus. preterita reminiscendo. presentia contuendo et futura conspiciendo. Speramus igitur ad
venientia intuemur presentia recolimus transeuntia. Sed non ita in deo sunt. tunc simul omnia assunt. ¶ De mundo. C. vii.

Mundus ex visibilibus rebus est sed tamen investigabilibus constat. Homo autem ex rerum universitate corporis alter quidam
in brevi creatus est mundus. Hoc mundi de uno considerandum est homine. Nam sicut per diversitate etatum ad finem homo vergit
ita et mundus per hoc quod distenditur tempore deficit. quia unde homo atque mundus crescere videtur. inde utrumque minuitur. Si quis
autem per tanta retro tempora deo vacat. nova per mundo faciendo orta fuisse cogitatio quam in suo consilio manet eterno
huius mundi constructio. ut tempus ut prius sed eternitas fuit. Tempus vero a substitutione creature non creatura cepit a tempore
Querendi aiunt quid faciebat antequam celum faceret. Cur nova voluntas in deo ut mundum conderet orta est. Sed
nova voluntas in deo orta non est. quia et si mundus non erat. in eterna tamen ratione et consilio erat. Dicunt quidam quia
subito deus voluit facere mundum quod ante non fecit. voluntate dei mutari arbitrantes qui aliquid voluit quod
aliquid non voluit. Quibus respondendum est. Voluntas dei deus est quia ipse non aliud est aliud voluntas eius sed hoc
est ipsi velle quod ipse est. et quod ipse est utrumque eternus et incommutabilis est. Sic est voluntas eius. Materia ex qua
formatus est mundus origine non tempore res a se factas precessit. ut sonus cantum. Prior enim est sonus cantu. quia
suavitas cantilene ad sonum vocis non sonus pertinet ad suavitatem. ac per hoc utraque simul sunt. sed ille quod quam pertinet
cantus. prior est in sonus. Materia ex qua celum terra quod formata est. non informis vocata est. quia nondum ex ea formata
erat que formari restabat. Unde ipsa materia ex nichilo facta erat. Aliud est fieri posse. aliud fieri necesse est.
fieri necesse est quod deus naturis inseruit. Fieri autem posse est quod ex cursu indito nature creator ut faceret
quemque voluit reservavit. Non ex hoc scriptum habere tenebre quia deus dubius per prophetam. Ego deus formans lucem et
creans tenebras. sed quia angelica natura que non est prevaricata lux dicitur. Illa autem que prevaricata est. tenebrarum nomine
nuncupatur. Unde et a primo lux a tenebris dividitur. Sed quia et hos et illos deus creavit. inde formans lucem et creans
tenebras. Unde tamen bonos angelos non tamen creans sed creando formans malos vero creans tamen non formans. hoc autem
et de hominibus bonis malis quam accipiendum est. Post admirationem celi terre quam creaturarumque non nominatur in genesi spiritus sanctus
ut quia super ferri eum dici oportebat. autequam illa nominarentur quibus creator spiritus sanctus superferri diceretur. quod et apostolus
indicat. dum supereminentem viam caritatis demonstrat. Ideo super aquis spiritus sanctus dicitur quia donum est dei in quo
subsistentes requiescimus atque protegendo nos superfertur nobis. Unaqueque natura suo pondere nititur. Ignis autem et oleum
nitendo superiora semper appetunt quia per ipsorum figuram superferri videntur creature. spiritus sanctus approbatur. Dies prior factus angeli sunt
qui propter unitatem insinuanda non dies primus sed dies dicta est unus. et ideo ipse repetitur semper in operatione creature. quia
dies hic est natura angelorum qui creaturam ipsam contemplabatur. quodammodo vespera fiebat. non autem permanendo in eius creature
constitutione sed laudem eius ad deum referens. cum quod melius in deum ? conspiciens continuo mane fiebat. Si vero
mane permaneret neglecto creatore in creature aspectu iam non vespera sed nox utique sibi putaretur. Dum se creatura melius
in deo quam in scripta novit. ipsa sui cognitio que maior in deo est dies et lux dicitur. Cognitio vero sua in scripta ad
compensationem cognitionis illius que in deo est quia longe inferior est vespera nominatur. Ideo quod post vesperam mane fiebat
quia dum sua in se cognitione non satisfacere cognosceret ut se plenius nosse potuisset ad deum sese referebat creatura
in quo se dies melius cognoscendo fieret. Non sic quemadmodum nos transitorie dicimus fiat aquis sic deus dixit fiat
celum in primo. Illud enim sempiterne in hoc verbo unico dictum est. Sed transitorie dictum est a deo. fiat. erat utique creatura
aqua unde iam talis fieret nox. Sed quia antequam diceret fiat nulla constituit creatura. ipsum fiat quod dictum est. in eternitate verbi
non in vocis sono enunciatum est. Non seperatus a deo visa. separatus quod laudata est creatura que antequam fieret perfecte ab
illo visa est. Sed dum nos singula videntes laudamus. tamquam ipse videat laudet quod per nos. Sic illud Non estis qui loquimini
sed spiritus patris vestri. Proinde sicut ipse loquitur per nos ita videt et laudat per nos sed per se perficiunt ac semper videt.
per nos vero temporaliter. Attente vero creaturam in primo valde bona vocari singulariter vero tamen bona. quia et membra corporis
tum sint singla bona nimis tamen bonum faciunt dum singla omnia valde bonum efficiunt. Decor elementorum omnium in
pulcro et apto consistit. sed pulcrum est quod pulcro est per se ut homo ex anima et membris omnibus constans. aptum vero
est ut vestimentum et victus. Ideo quod hoc dicit pulcrum aptum quia non vestimento et victui est homo nimis sed ista homi

ipsis quia illa apta que non sibi sunt hoc prosunt aut aliis sed aliud vel ad hoc accomodata non cernit ratio. Sic et de celis
elementorum naturis dictum est. Cuncta que sunt et facta sunt miranda valde sunt sed consuetudine sui assiduitate viluerunt
ideo quia sic cuncta sentiri orat opera ut sic cogitetis ea immensa. Fecit deus omnia valde bona. Nichil ergo natura malum
quia et ipsa quorum in creaturis videntur esse penalia si bene utantur et bona et prospera sunt si male utantur nocent.
Ita perpendenda est creatura ex modo usus non bona sed ex sua natura valde bona. Unde malum inventum sit. C. ix.

Malum a dyabolo non est creatum sed a dyabolo inventum et ideo nichil est malum quia sine deo factum est nichil. Deus
enim malum non fecit. Non quia alicubi aut aliquid erat malum unde fieret dyabolus malus sed quia vicium est quo
esset angelus bonus superbiendo factus est malus et ideo recte dicitur ab eo inventum malum. Nullam esse creaturam naturam
mali quia natura omnis aut incommutabilis est ut deus aut commutabilis est ut creatura. Malum vero ideo natura nulla est quia
accedente in bona natura efficit eam viciosam quod dum discedit natura manet et malum quod inerat nusquam est. Ex hoc eo quia
vicium nocet nature agnoscitur vicium natura non esse quia nichil quod naturale est nocet. Dum natura bona dampnatur propter vocem
vicium nocet nature agnoscitur vicium natura non esse quia nichil quod naturale est nocet ... ut illam deus pro malo non relinquat in
mala ipsa voluntas testis est nature bone que in tantum testatur eam bona ut illam deus pro malo non relinquat in
pulcra. Creditur ab hereticis mente a deo vicia a dyabolo finxisse creata Iudei et ab ipsis. Due nature bona et mala pu-
tantur sed vicia natura non sunt et dum vero a dyabolo sunt non tamen creata sunt. Ex obtrarie permisit deus mala aboriri statu-
tantur sed vicia natura non sunt ... in verbis esse compitur quorum modus antitheta dicitur
nisi ut ex contrariis malis bone nature decor emineret quod contraria ista in verbis esse comperitur quorum modus antitheta dicitur
quod in latino oppositio vel contrapositio vocatur et sit pulcra locutio cum moribus contraria prospectus proferuntur. Ita in rebus permixtum
est malum ut nature bonum ad comparacionem mali excellat. Si videas singulum hominis picturam rem demis sed totum corpus
ingeris feditatem ita est in universitate creature si quomodo consimilium mala dyabolus natura universe creature iniuria facit
Cuncta mala per peccatum primi hominis pro pena sunt translata in universum genus humanum unde cuncti videntur mala patitur
nobis serviunt origine paciuntur in culpa. Mala dicuntur multa in creaturis posita ut ignis qui urit ut serpens qui occidit ut fera
que mordet sed commoda ipsorum non intendens homo accusat in illis quod sibi potius debet imputare cum ex peccato effecta sunt
ista noxia que illi omnium ex parte fuerant ante peccatum subiecta. Immo vero non sua natura nobis mala sunt ea quae nobis nocent
Ita lux dum sit bona infirmis oculis noxia est et tunc oculorum vicium non lucis est. Sic et cetera. Quod creature
stimulis et elementorum adversitatibus homo verberatur peccati hoc exigit pena ut deo superbiens homo ea que infra ipsum
sunt paciatur adversa. Unde et in sapientia legitur pro deo pugnabit cum eo orbis terrarum contra insensatos. Cum ergo peccatorum
hoc actum est ut nature prospera hominum mutentur in adversa. Unde et Salomon: Creatura contradescit in tormentum adversus iniustos
et lenior est ad benefaciendum hiis qui in deum confidunt. Non erit tamen subiecta nobis nec vicia nostra si aliquis non erit sub
deo. Si vos subicimur ei a quo nobis illa subiecta sunt
ditus creatori. Tunc ac recte subiciuntur nobis omnia que sub nobis sunt si nos subicimur ei a quo nobis illa subiecta sunt
natura et que videntur esse subiecta ei qui deo subditus non est ille potius subicitur eis quorum sua voluntate subiungit
amori corporum que sibi subiecta opstinat. De angelis. C. x.

Angelorum nomen officii est non nature. Qui enim de celis ad annunciandum hominibus mittuntur ex ipsa annunciatione angeli
natura enim spiritus nuncupantur. Qui enim de celis ad annunciandum hominibus mittuntur ... angeli
nominantur natura enim spiritus sunt tunc autem angeli vocantur cum mittuntur. Natura angelorum mutabilis est quia inest illi
mutabilitas in natura sed facit eos incorruptos caritas sempiterna gratia non natura incommutabiles esse. Natura si natura
incommutabiles essent dyabolus utique non cecidisset. Mutabili itaque nature suffragatur in illis contemplacio creatoris. In
et privatus est apostata angelus dum fortitudinem suam non a deo sed a se voluit custodire. Ante omnem creaturam angeli facti
sunt. Dum dixit: Fiat lux. De ipsis et scriptura: Prior omnium creata est sapientia. Lux enim dicuntur participando lucem eterne
sapientie vero dicuntur gerunte inherendo sapiencie. Et dum sint mutabiles natura non tamen sinit eos contemplacio mutari dona
Ante enim omnem mundi creacionem facti sunt angeli et ante omnem creacionem angelorum dyabolus conditus est. Sic scriptum est
Ipse est principium viarum dei. Unde et ad comparacionem angelorum archangelus appellatus est. Prius enim creatus conspicit ordine
platonem non tempus conditus. Credendum est principatum tenuisse inter angelos dyabolum ex qua fiducia cecidit. Ita ut
sine reparacione labetur. Cuius placacionis excellenciam propheta hiis verbis annunciat: Cedri non fuerunt altiores in paradiso
dei. Abietes non adequaverunt summitatem illius. Omne lignum paradisi non est assimilatum illi quoniam speciosiorem fecit eum
deus. Distat condicio angelica a condicione hominis. Homo enim ad dei similitudinem conditus est. Archangelus vero qui lapsus est
signaculum dei similitudinis appellatus est testante deo per Ezechielem prophetam dicentem: Tu signaculum similitudinis plenus sapiencia
perfectus decore in deliciis paradisi dei fuisti. Quanto enim subtilior eius natura tanto plenius conditur ad similitudinem dei
veritatis expressa. Unde de celo cum cecidisse dyabolum ex hoc conderetur. Natura ut factus est in superbiam erupit et pri-
vatus est de celo. Nam in hoc veritatis testimonium ab initio mendax fuit et in veritate non stetit quia statim ut factus
est cecidit. Fuit quidem a veritate conditus sed non stando confestim a veritate est lapsus. Unde superbie lapsu

du deo p bonoz se conferunt et hic recedit et dixit q b hic reuersus ad primaz deo inferiore se cognit dixit no solu
in hoc contentus q se deo estimabat equale insup etiaz deo superiore se dt sm apls dictu qui ait de antixpo qui
aduersat et extollit sup omne qd dicit deus aut quod colit dixit io iaz no petit venia q no compungit ad
primaz membra eius sepe p ypocrisim deprecant qd tu p mala gesta adipisti no meruit Disstat quanta miseria
Iudicii diem nominat christus scilicet in [illegible] Ista zizania a frumento distinguit **De iudicio Capitulum xxxvii.**
celebrat dice et sic distinctos voluit. Ita deus dicat id deus per prophetam. Dies ultionis in corde meo iudicat
se non nescire sed nolle iudicare. De domo dei sicut scriptum est incipit iudicium quia electi id est domus dei hic per fla-
gella iudicantur. Impii vero illic ad dampnationem iudicandi sunt. Unde et scriptum est Si autem primum a nobis quis finis eorum
qui non credunt. Ad distincti examine iudicis nec iusti iustitia secura est nisi pietate divina. Ut et ipsa iustitia
qua quisque iustus est, deo iustificante iustificetur alioquin apud deum et ipsa peccatum est. Inde est quod ait Job. Inno-
centem et impium ipse consumit. Consumitur quippe a deo innocens quia ipsa innocentia liquidius requisita et divine
innocentie comparata non efficitur iusti et ibi divine misericordie pietate deo iustificetur. Consumitur item a deo impius
qui omnimodis divina sublimitate requiritur eius quod detecta impietas iudicatur et dampnatur. Consumitur similiter iustus
et iniustus sine carnis non pena dampnatur. Sola iustus perit et iudicetur moritur sed morte carnis non pena dampnatur
Quia ait pergit ad unum locum. dum per mortem corporalem in terra iustus et impius continentur Ecclesiastes ait dissolvitur sic
per eundem Salomonem dicitur Quid plus habet sapiens stulto nisi quod illuc pergit ubi est vita. quod omnes in terra recedunt
Ita ubi vita est non potest pergit. Duplex est divinum iudicium. Unum quo et hic iudicatur occultis. In futuro altum
quo peccata hic iudicantur ne illic iudicentur. Ideo quod quibusdam ad purgationem temporalis proficit pena. quibusdam vero
hic inchoat dampnationem et illic perfecta spectatur perditio. In iudicio reprobi humanitatem christi in qua iudicaturus est
videbunt ut doleant. Divinitatem vero eius non videbunt ne gaudeant. Omnibus enim divinitas ostendit. utique ad
gaudium demonstrat. Pro diversitate conscientiarum et meritorum apparebit in iudicio christus electis et terribilis reprobis. Ita
qualecumque conscientiam tulit talem et iudicem videbit. Ut in quiete in sua tranquillitate christo illis terribilis appareat
quos conscientia in malis accusat. Quattuor sunt differentie vel ordines hominum in iudicio. Hoc est electorum et reproborum quia
tunc dividuntur in quatuor. Perfectorum unus ordo est qui tunc cum deo iudicant et alius qui iudicantur. utique tunc cum christo regnabunt.
Sicut ordo reproborum partitur in duos. dum hii qui intra ecclesiam sunt mali iudicandi sunt et dampnandi. Hii vero qui extra ecclesiam
sunt inveniendi non sunt iudicandi sed tantum dampnandi. Primus igitur ordo eorum qui iudicantur et pereunt opponitur ordini
illorum bonorum de quo sunt qui iudicantur et regnant. Secundus ordo eorum qui non iudicantur et pereunt oppositum ordini illorum
perfectorum in quo sunt hii qui non iudicantur et regnant. Tertius ordo eorum qui iudicantur et regnant illi ordini
est quartus de quo sunt qui iudicantur et pereunt. Quartus ordo eorum qui non iudicantur et regnant oppositum illi quarto ordini
in quo sunt illi qui non iudicantur et pereunt. Gehenna [illegible] sunt impii. dum aut presens per fines [illegible]
[illegible] ne veritatem videat aut dum in fine dampnabitur ut debitas penas persolvat **De gehenna**

Duplex pena dampnatorum est in gehenna quarum et mente urit tristitia et corpus flamma. **Capitulum xxxix**
[illegible] vicissitudine ut qui mente [illegible] quod perferent corpore simul et animo et corpore puniantur. Ignis
gehenne ad aliquid habere lumen ad aliquid non habere. habet enim ad dampnationem ut videant impii unde do-
leant et non habet ad consolationem ne videant unde gaudeant. Apta sit comparatio de camino trium puerorum
ad exemplum ignis gehenne. Nam sicut ille ignis non arsit ad tunicas puerorum supplicium sed arsit ad consumenda
ligamenta vinculorum Ita ignis gehenne et lucebit miseris ad augmentum penarum ut videant unde doleant
et non lucebit ad consolationem ne videant unde gaudeant. Inter homines vite et future infelicitatis miserias
cruciatuum multa distinctio est. Illic enim et miseria est propter cruciatum dolorum et tenebre propter lucis absconsionem
[illegible] unum in hac vita id est miseria est. aliud non est. In inferno autem utrumque est. **De penis impiorum Capitulum xl**

Sicut fasciculi lignorum ad combustionem de similibus colliguntur Ita in iudicii die similes culpe reos. simul similes
similibus iungunt ut equa pena constringat qui in fasciculum quos actio similis fecit in malum. Sicut unus-
quisque sicut in futuro iudicio per qualitate virtutum glorificabitur. ita et unusquisque impius per quantitate factorum
condempnabitur. Licet dicentur in supplicio futuro dampnationis ordo. sed in modo qualitate tamen distinctio erit penarum
[illegible] De tenebris vero suorum suppliciis addet [illegible] pena defunctorum sicut apud inferos divitis
[illegible] Et per angendo inde supplicio [illegible] filii eius [illegible]

Impii ex hoc in medio ducuntur puniendi sunt ut melius doleant ex quo visuri sunt iustos glorie beatitudinem meruisse. Iudicis videntibus est perspicandus diabolus qui ab aspectu omnium bonorum angelorum et hominum cum eis qui de parte eius erunt in ignem eternum mittendus est. Cum sublatus fuerit diabolus ut dampnetur iusti electi qui in corpore sunt inveniendi cum ad iudicium venerit metu concutiendi sunt videntes tali sententia impium esse punitum. Quo timore purgandi sunt ut si quid eis ex corpore adhuc peccati remansit metu ipso quo diabolum dampnari conspiciunt purgabunt. Hinc est quod ait Iob: Cum sublatus fuerit timebunt angeli et territi purgabuntur. Multi quoque ex eis qui nunc electi videntur et se ... fuerint inde iudicio contestante propheta: Vocabit dominus iudicium ad ignem et devorabit abyssum multam et comedet partem domus. Pars quippe domus devorabitur quia illos eternum incendium absorbebit qui nunc se esse in preceptis celestibus gloriantur. De quibus et dominus dicit: Multi dicent in illa die: Domine nonne in nomine tuo prophetavimus et in nomine tuo demonia eiecimus et virtutes multas fecimus. Tunc confitebor illis quia non novi vos. Discedite a me qui operamini iniquitatem nescio qui estis. De gloria sanctorum capitulum tricesimumprimum.

Non efficiet in futuro sanctorum miseria impiorum ex compassione dampnatorum condolendi affectum. Ubi tantum est sanctorum contemplationis gaudium ut tristitie nullus tribuatur introitus. Sicut comparatus color candidus nigro colori fit pulchrior ita et sanctorum requies comparata dampnationi malorum gloriosior erit. Sic iniustitia iustitie sicut virtus vicio clarescit. Ergo sanctorum gloria cum debita dampnantur impiorum pena. Post resurrectionem sanctis in carne promissa est celorum ascensio dicente ad patrem Christo: Volo ut ubi sum ego et ipsi sint mecum. Si enim membra capitis sumus et unus in se et in nobis est Christus utique ubi ipse ascendit et nos ascensuri sumus. Explicit primus. Incipit secundus de sapientia capitulum primum.

Omnis qui secundum deum sapiens est beatus est. Beata vita cognitio divinitatis est. Cognitio divinitatis virtus boni operis. Virtus boni operis fructus eternitatis est. Qui secundum seculum sapiens est secundum deum stultus est. Contestante propheta: Stultus factus est homo a sapientia sua. Primum est sapientie studium querere deum deinde honestatem vite cum innocentie opere. Nullus sapientiam dei plene recipit nisi qui se abstraxerit ab omni actionum cura contendit. Unde et scriptum est: Sapientiam scribe in tempore otii et qui minoratur actu ipse percipiet eam. Non ad parvule intelligentie animam pervenit qui scit secreta dei se penetrare non posse. Tunc autem deum recte cognoscimus quando eum perfecte scire non denegamus. Stulti quidem nescire convenit. Nullus autem in culpa maior est quam ille qui deum nescit. Investigatorum veri multorum est querere sed paucorum invenire. Ea autem que supra hominis intelligentiam sunt scrutanda non sunt. Quecumque supra hominis intellectum est scrutandum non est consilio autem divino fundandum est ut hoc credatur iustum esse quod placuit divine voluntati. Non enim potest esse iniustum quod iusto complacet iudici. Omnis sapientia ex scientia et opinione consistit. Melior autem est que ex scientia venit quam que ex opinione sumitur. Nam illa vera est ista dubia. Nam maioris culpe cumulum pertinet scire quemque quod sequi debeat et sequi nolle quod sciat. Unde dominus: Servus nesciens voluntatem domini et non faciens digne plagis vapulabit multis. Et Iacobus: Scienti igitur bonum et non facienti peccatum est ei. Simplicitatem cum ignavia vocari stultitiam. Simplicitatem cum prudentia vocari sapientiam. Utile est multum scire et recte vivere. Quod si utrumque non valemus melius est ut bene vivendi studium quam multa sciendi sequamur. Non pertinet ad beatitudinem consequendam scientia rerum nec esse beatum multa scire sed magnum esse bene vivere. Nil prodest omnem scire prudentiam rerum cum ignorantia dei et nichil obest scientibus deum ignorantia mundi. Perfecte autem scit qui deum scit et ista non per se sed propter deum scit. Nichil obest cuiquam si simpliciter aquam de elementis indigne sentiat dum de deo male non putat. Nam quamvis de corporeis incorporeis quoque naturis nequeat quisque disserere putare beatum tamen illum facit vita recta cum fide. De fide capitulum secundum libri secundi de summo bono.

Non posse ad beatitudinem veram pervenire nisi per fidem. Beatum autem esse qui et credendo bene vivit et bene vivendo fidem rectam custodit. Deus si creditur multo invocatur et colitur ac per hoc tunc perfecte laudatur qui et creditur. Non tamen id credendum est quod sensu carnis dinoscimus sed magis etiam quod intellectu mentis conspicimus id est deus. Sine fide nemo potest deo placere. Omne enim quod non est ex fide peccatum est. Fides nequaquam vi extorquetur sed ratione atque exemplis suadetur. Quibus autem exigitur violenter perseverare in eis non potest. Sicut exemplo persuadetur fides ut ait quidam novelle arboris cui si quis cacumen violenter impresserit dum laxatur denuo in id quod fuerat confestim revertitur. Sic homo libero arbitrio conditus sua sponte convertitur a deo ita et propria demum mentis conversione credendo revertitur ad deum ut et libertas arbitrii per propriam voluntatem et beneficium gratie per acceptam fidei firmitatem in corde respicit. De fide ubi se homines non poterunt excusare quod ore prolat veritatis professores et corde retentant errorum impietatem. Sic nichil proficit fides quam ore retinet et corde non creditur. Ita nichil profutura est fides que corde tenetur si ore non proferatur. De talibus enim fide ita obiurgat propheta dicens: Periit fides ablata est de ore eorum. Fides enim que corde creditur confessione oris ad salutem profertur.

viter

Vacua esse sn operibus fide et frust sibi de sola fide blandit que bonis opibus no ornat. Est ante portat de
mdo morti. Nam fide ceterorum mortificare scriptum est. Fide et no morti silacio ypocrita est. Cum p fide cognitionem
dei hent et opibus obstruunt. exemplum balaam secuntur. qui cadens ope apertos oculos hent. Et plerumque
fide carnales sequuntur no p virtute aie sed p comodo querere tpalis. Vnde et dns dicit. Queritis me non quia vidistis
signa sed quia manducastis de panibus. Plurimi mala dum secum celebrant doctrinam no vincunt. contra ipsam fide quam verbo
colit. aborta temptatione facile perit. Multi fide tantum verbo sunt. ope vero a xpiana doctrina dissentiunt. Multi
qui fide xpi que corde no amant. sed xpiano titulo eandem p ypocrisim tenere se simulant. et esse no possunt aperte
mali pter timore ficte boni noscuntur. Amatores mundi pugnant aliquando p fide. et alius quod proficiunt. ipi vero
amore terreno implicati celestia no querunt sed verbo tantum fide defendunt. Vnde p fide hereticos etiam insecuntur
sed p arrogantia eos qui intus etiam sunt contempnunt. Adversarios quidem fidei confutant p infidelitate sed fideles

Quamvis nonnulli fide atque opibus stent. Tpunit. facere superbie. De caritate Capitulum iiii. ysidori libri
videantur esse pricipes tamen quia priuantur caritate fraterne dilectionis nullum habent incrementum virtutis. Nam
sic ait apostolus. Si tradidero corpus meum ut ardeat. caritatem autem no habuero nichil mihi prodest. Sine amore cari-
tatis quamvis quisque recte credat ad beatitudinem pervenire no potest. quia tanta est virtus caritatis ut etiam prophetia et martirium
sine ea nichil esse credantur. Nullum premium caritati compensatur. Caritas enim virtutum omnium obtinet principatum. Vnde
et vinculum perfectionis caritas ab apostolo dicitur. eo quod vniverse virtutes eius vinculo religantur. Dilectio dei morti
comparatur. dicente salomone. Valida est ut mors dilectio. Ideo quia sicut mors violenter separat animam a corpore ita et di-
lectio dei violenter segregat hominem a mundo et carnali amore. Qui precepta dei contempnit deum no diligit. Neque
enim regem diligimus si odio leges eius habemus. Tenenda est tamen vnitas et tenenda vnitas caritatis. et quo se quisque sub-
trahit mundo tanto opus est ut se associet bonorum consortio. Ostendat autem in se dilectionem dei qui a caritate no di-
viditur proximi. Qui a superna societate secernuntur a dulce caritatis participatione privantur. Nec potest deum diligere
qui nescit in proximum dilectionem exercere. Ipse deo et homo diligendus est. Totum ergo proximum no diligit qui
hominem odit. Bonorum discretio est no odisse personas sed culpas et recta dicta p fratres no spernere sed probare
Qui in imperfecta sunt in dei amore sepe amicos separari disponunt sed pondere vitiorum gravati rursus ad ea
vitia que optant relinquere revolvuntur. De spe Capitulum iiiitum libri scdi ysidori de summo bono

Qui male agere no desistunt. vana spe indulgentiam de dei pietate requirunt. quam recte quererent
si ab actione prava cessarent. Metuendum valde est ut neque p spem veniam quam promittit deus
perseverent peccantes neque quia iuste peccata distringit veniam desperent. sed vtroque periculo evitato et a malo de-
clinent. et de pietate dei veniam sperent. Vnus quippe iusta spe et formidine nititur quia nunc illum ad gau-
dium spes erigit. nunc ad formidinem terror gehenne adicit. De gratia Capitulum vtum libri scdi.

Interdum peccantibus nobis sua deus dona no retrahit ut ad spem divine propiciationis mens humana consur-
gat. Nam no potest quisquam sperare que peccante sub beneficiis perdurat ad se redire. Confessionem hominis no
esse humane virtutis. Nam si confessionem boni operis no in nobis deus operatur. cur p prophetam dicitur. Confessio
et magnificentia opus eius. Ab illo enim nobis omnia bona gratia preveniente donantur. Nam in bonis operis
ordinem per quod confessionem fidei accipere meremur. Profectus hominis donum dei est. nec a se potest quisque sed a
domino corrigi. Non enim quodcumque bonum habet proprium homo. cuius via non eius sunt testante propheta. Scio domine quia non est
hominis via eius nec viri est ut ambulet et dirigat gressus suos. Erubescant liberi arbitrii defensores nil
posse in bonum sua prava virtute nisi divina gratia sustentetur humane. Vnde et p prophetam dns dicit prodito
tua domus israhel. tantum in me auxilium tuum. quod dicit. Ut peccas tuo merito. ut salveris meo auxilio. Hominis meritum
superna gratia no ut veniat invenit. sed postquam venerit facit atque ad indignam mentem veniens facit in ea meritum
quod remuneret que solum invenerat ut puniret. Non enim quod se ille latro meruit qui de faucibus mortis dum-
taxat ascendit de cruce paradisum. Qui quidem ille et suo sanguine venit tentus sed divina gratia in cruce mutatus
est. Sciendum quod et mira est iustitia in his que recte agimus. et dei gratia eo quod ea incidamus. Hoc enim et
donum dei et accipientis est hominis. Sicut et panem nostrum dicimus quem tamen a deo accipere postulamus. Spiritualis
gratia non omnibus distribuitur. sed tantum electis donatur. Non enim omnium est fides quamvis licet et si plurimi suscipiunt
opus tamen fidei no consecuntur. In divisione donorum diversi perceperunt diversa munera. no tamen gratia habent. Vnde omnia
ut sit p humilitatis studio quod alter mireretur in alio. Nam quod in ezechiele alium ale altera ad alteram percutiunt.

virtutes designatur. Sicque mutuo se affectu provocantes atque alterius exemplo invicem sese erudientes. Munera
graciarum alii ista, aliis vero donantur illa, nec datur ita uni ut egeat alterius posse. Sed non est dubium ut licet quis
quidem virtutum excellentia antecedat, deus repetendo proveniente gratia quosdam compendio sanctitatis premiat et diu sit
conversione postremi subito efficiuntur culmine virtutis primi. Unusquisque autem quod donum accepit non appetat amplius
quam quod meruit, ne dum alterius membri officium arripere temptat, id quod meruit perdat. Conturbat enim corporis
ordinem totum qui non suo contentus officio surripit alienum. Multi ita dona ad dampnacionem accipiunt, quia illis
non ad dei laudem sed sua vanitate utuntur. Bonis male utuntur qui ea que illis a deo donata sunt in malos
usus assumunt, sicut ingenium, sicut et cetera dei dona. Multa dei dona habemus que nos a deo percepisse cognoscimus,
ita quod sapientes sumus, quod divites, quod potentes existimus, non alterius sed potius divino munere sumus. Utamur ergo
optime beneficiis divinis, quatenus et deum non peniteat dedisse et nobis utile sit accepisse. Aufert deus
homini donum aliquod quod hic non habet vel quod hic accipere non meruit. Hic et deus dicitur obdurare hominem, non eum faciendo
duriciam, sed non auferendo eam quam sibi ipse nutrivit. Non aliter obcecare dicitur quosdam deus, non ut in eis cecitatem
ipse faciat, sed quia pro eorum inutilibus meritis cecitatem eorum ab eis ipse non auferat. Plerisque deus donat dona,
perseverancie vero donum non datur, et inde est quod quedam principia conversionis habent bona, fine vero malo clauduntur.
Electi vero accipiunt et conversionis donum et perseverancie donum. Ea vero causa est quod quidam et bene incipiunt et bene finiunt.

De predestinacione Capitulum vi^tum^.

Gemina est predestinacio, sive electorum ad requiem,
sive reproborum ad mortem. Utraque divino agitur iudicio, ut electos semper superna et interiora sequi faciat, semperque
reprobos ut infima et exteriora delectentur, deserendo permittat. Hic ignorat homo tamen lucis et tenebrarum
vel utriusque rei quis sit finis, ita plenius nescit quibus eum suo fine luce iusticie premiat vel quibus peccatorum
tenebris usque in finem tamen obscuret. Aut quis post lapsum tenebrarum conversus resurgat ad lucem. Cuncta sed deo
patent et hominibus latent. Cuiuslibet iustorum conversacio in hac vita probabilis sit, incertum tamen hominibus est ad quem sint
fine predestinati, sed omnia reservantur futuro examini. Mira dispensacio superne distribucionis per quam hic iustus amplius
iustificatur, impius sordidatur. Malus ad bonum aliquando convertitur, bonus ad malum aliquando reflectitur. Vult quis esse
bonus et non valet, alter esse malus et non permittitur interire. Vult quis esse bonus et valet, alius non, ut ei
datur ut sit bonus. Iste nascitur in errore et moritur, ille in bono quod cepit perdurat. Tamdiu iste stat quousque
cadat. Ille diu male vivendo in fine salvatur, respectus quod convertitur. Vult prodesse in bono opere iustus
et prevalet, vult nocere malus et prevalet. Iste vult deo vacare et seculo impeditur, ille negociis implicari
cupit et non proficit. Donatur malus bono, bonus dampnatur pro impio, impius honoratur pro iusto. Et in hac
tanta obscuritate non valet homo divinam perscrutari dispensacionem et occultum predestinacionis comprehendere ordinem.

De conversis Capitulum vii.

Non inchoantibus premium sed perseverantibus datur, sicut scriptum est: Qui
perseveraverit usque in finem hic salvus erit. Tunc enim placet deo conversio nostra quando bonum quod inchoavimus
perseveranti fine conplemus. Hinc scriptum est: Ve hiis qui sustinenciam perdiderunt, id est qui bonum opus non consummaverunt.
Indulgencia peccatorum sanctis est ubi, quando vel qualibus datur. Ubi quippe nisi intra ecclesiam katholicam. Quando
nisi ante vite exitus diem, quia ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc dies salutis. Qualibus nisi eis
universis qui humilitate ad parvulorum tendunt imitacionem, de quibus dicitur: Talium est regnum celorum. Nemo comprehendere
potest quanti sit ponderis iusticia vel quanti fulgoris radiis iusticia claret, nisi qui prius toto mentis
vel affectu convertatur ad deum, quatenus ipso lumine quo illustratur et sua feditate agnoscat et lucem quod toto
corde intuebatur intelligat. Tunc enim inattingibilem attingere potest iusticiam, dum eam quisque semper conversus
temptaverit, quia lucem non intelligit nisi cum videt. Iudicium quod in hominis potestate consistit conversionis est gratia,
per quam nosmetipsos iudicamus flentes mala nostra preterita, et bono quod a deo nobis est solidati inhereamus.
Tripliciter describitur unusquisque conversus: perfectus primus corrigendi a malis, secundo faciendi bonum, tercio consequendi
boni operis premium. Nam quod ait propheta: Solve fasciculos deprimentes, mali est emendacio. Quod vero adiecit:
Frange esurienti panem tuum, operis boni est actio. In eo vero quod subiungit: Tunc erumpet quasi mane lumen tuum matutinum,
operis boni est retribucio. Ergo non proficit facere bonum nisi correctum fuerit malum. Nec potest quisque ad dei
contemplacionem proficere nisi se prius in bonis studuerit actibus exercere. Multis modis deus trahit homines ut vel
sero convertantur, atque exinde magis erubescat quod tardiu cogitati sunt ut redirent. Ita nunc nimis nunc

plagis mee revelacionibus quosdam convertit ut qui voluntate quidem despiciunt commoti terroribus corrigantur. Plerumque
ex sola mentis devocione convertuntur ad deum. Nonnulli vero coacti plagis convertuntur. Contra eos qui devocione non convertebantur
impius talium per david. In camo et freno maxillas eorum constringe qui non approximant ad te. Plerumque autem dum devocione
non convertuntur plage stimulis feriuntur quatenus vel sub verbere senciunt ut aliquando corrigantur. Sicut egrotus qui
et penas luit et emendari nequit. De talibus enim ait propheta Percussisti eos et non doluerunt attrivisti et re-
nuerunt accipere disciplinam. Nonnulli viri seculares elacione tumentes primo modo conversi ad deum religiosam serviunt
obedienciam et qui antea celsitudine mundiali tumebant postea ipsam elacionem in studium humilitatis vel convertunt convertitur
Quidam sunt qui iam secreto conversi sunt quorum conversio quia non prodiit ad publicum apud estimacionem humanam quales fuerunt
tales adhuc putantur esse iam tamen in dei oculis surrexerunt. Et e contra quidam adhuc humano iudicio stare cernuntur
iam tamen in dei oculis ceciderunt. Multi apud homines reprobi sunt et apud deum electi atque item multi apud homines
electi putantur et apud deum reprobi consistunt. Salomon. Vidi impios sepultos qui cum adhuc viverent in
loco sancto erant et laudabantur in civitate quasi iustorum operum. Nullus ergo electum se putet ne forte apud deum sit reprobus.

De trimodo genere conversionis c viii

Trimodum genus conversionis est ad deum. Incohacio vel cum dulcedine, medietas cum labore, perfectionis cum requie. Sed tamen plerumque aliqui incipiunt a dulcedine alii ab ama-
ritudine temptacionum. Omnis autem conversus ex fletu incohoet peccatorum et sic tendat ad desiderium superiorum. Prius enim
lacrimis purganda sunt vicia que gessimus et tunc mundata mentis acie id quod querimus contemplemur ut dum
antea flendo peccati a nobis caligo detergitur mundatis oculis cordis libere superna inspiciantur. Ante omnia autem
timore conversi ad deum ut metu futurarum penarum carnales illecebras deuincant, deinde eciam abiecto timore
ad amorem vite eterne transeant. Perfecta enim caritas foras mittit timorem quantum ad actum non autem per quantum ad habitum.
Qui enim autem timet penam habet et non est perfectus. Unde et apostolus ait Non enim accepistis spiritum servitutis iterum in timore
sed accepistis spiritum adopcionis per quem sicut iam non peccati pena servos comprimit sed amor iusticie liberos reddit. Necesse
est omni converso ut per timorem consurgere ad caritatem dei debeat quia filii nec servi sub timore iacent quia servus.
Tunc enim amore in conversionis ordine sic deum ut patrem diligimus quem prius servili mente ut dominum formidavimus.
Primordia conversorum blandis refovenda sunt modis ne si ab asperitate incipiant conterriti ad priores lapsus redeant.
Qui enim conversum sine lenitate erudit comparare pacis quia corrigere novit. Conversus quisque antea ab opere corri-
gendus est postea vero a cogitacione ut prius refrenet pravum actum deinde appetitum delicti ut quod iam in opere
non apparet in cogitacione nequaquam permaneat. Omnis nova conversio adhuc pristine vite habet commixtionem propterea
nequaquam ex utraque parte ad hominum oculos est donec conversio vetus funditus ab animo conteratur. Quisquis ex de-
teriori melior esse cepit timeat de acceptis extolli virtutibus ne gravius per vanam gloriam corruat quam prius per
lapsorum viciorum iacebat.

De conflictu conversorum Cap. x

Quisque conversus si mox omnes carnales
stimulos calcare cupiat et summa virtutum subito conscendat sed adhuc aliqua adversa de carnis mo-
lestia tolerat non frangatur quia dispensator bonorum novit adversitates reprimere viciorum successione virtutum.
Tunc magis gravari se quisque impulsu viciorum agnoscit dum ad cognicionem dei accessit. Sicut populus Israel
graviori onere ab egipciis premitur dum per moysen illi divina cognicio aperitur. Vicia enim ante conversionem quia pace
fruebantur in homine quia autem hec expelluntur acriore virtute consurgunt. Sunt autem multa conversis que peccanti prospere
blandiebantur atque ideo fiunt blanda converso que peccanti adversa extiterunt. Multos habet conflictus dei servus ex
recordacione operum preteritorum. Multi quippe post conversionem eciam nolentes motus libidinis sustinent quos tamen ad
dampnacionem non tolerant sed ad probacionem scilicet ut se sciant per [illegible] hoste cui resistunt dum non
consenciunt. Unde et noverint servi dei se eciam a peccato iam esse mundatos si tamen cogitacionum turpium adhuc
interpellacione pulsari. Ante conversionem enim precedit turba peccatorum post conversionem sequitur turba temptacionum. Illa
se obiciunt ne ad deum convertamur ista se ingerunt ne libris cordis oculis deum cernamus. Utrusque tumultus
[illegible] multitudo intercludit. Utile est dei servo post
insolenciam nobis gignit intencionem ex more se frangere. Utile est dei servo post
conversionem temptari quatenus a torpore negligencie sollicitudinibus victus ad virtutes animum per exercicium properet viciorum
[illegible] reducit ac vincendi tempore resolvunt.

De remissa conversione c xi

Multos remissa conversio in pristinos errores reducit ac vincendi tempore resolvit.
Horum ergo exempla quisque conversus caveat ne dum timore dei a tempore incipiens iniqua mutant
erroribus immergatur. Tepidus in conversione ociosa verba et vanas cogitaciones noxias esse conspicit et
si a tepore mentis non evigilaverit ea que levia existimabat conspectu quasi horrenda atque atrocia
pertimescit. Servitus et desidia in omni opere bono formidanda sunt. Servitude facimus deo quociens

in omni ope bono nro· nosmetipos no deum laudat. Despicim agimus quotiens p tepore langwide ea que dei sunt opamur. Omis ars hui seculi amatores hz et ad exequendu promptissimos et hz p inde sit q pute hz opus sui remunacoi. Ars vo dei opis plerosqz hz sectatores languidos tepidos pigricie inercia coge latos· hz hz p inde q labor corporu no p puti hz p futa remunacoe differt. Ideo qz dum corpo labore intende rebus no statim asequitur spe pene dissoluta languescunt. Vn et magna corp gla pdicat qui recte quisiomis vite pui augusto solidiore asumat atqz eo ad pmenda rebus clariores pparant quo sum duri itineris labores et inchoat et asumat. Siquid pmo quisiomis tales ad virtutes sese accingunt/ arde dente vo pgressu dum imoderate tiems rebus incubunt/ pulue infimi appetitus obscurant. Vn et deus de bonis semibus dicit. Aliud at cecidit in spinis hij sunt qui audiunt vbum dei et solicitudines sctli vel fallacia diuiciarum suffocat vbum et sn fructu efficitur. Nup quisi nequaqz deunt in cuiz cotionibz pnichi. Na si implicent. cofestim q plantata arbustula et herbam radice pspiam q uerunt et arescunt. Valet intbz quisis p anime salute mutacio loci plerumqz cum dum mutatur locus· mutatur eciam mentis affcus. Cognitum est enim eciam inde corporalit cuilibet vbi quisqz illecebris deseruit Na locus vbi prius quisqz vixit· hic in aspectu mentis opponit qd semp ibi vl cogitauit vl gessit. De exemplis sanctorum Capitulum vndecimum secundi libri de ... bono

Ad quisioni seu ad correctoi mortaliu multu psunt exempla scorum Na nisi eciam pfectorum ... mores inchoancium respicent puocati ad bonum viuendi hij tibi aut no attendunt dogmata bonorum que imitentur timelig hz ppoint s exempla malorum quibz ad suorum morum puersitate vtantur i peius. Ob hac utilitate scribuntur scorum ruine et reparaciones ut spem faciat humane salutis ne quisqz post lapsum penitendo desperet veniam. Dum conspiciat scorum reparacionem fuisse eciam post ruinam Erant flagicio dediti ad quam utilitatem eorum ... proponatur scorum ... ut sint quos imitentur ad reparacionem/ aut etiam ex eorum comparacione de inobediencia puniantur. Propterea virtutes scorum ad exemplum nrm deo pposuit vt quanto de imitacione eorum ... nobis iustitie pmia tanto de ... malis sint ... tormenta ... ad bonum incitamentum diuina quibz admonemur precepta desserunt p lege nobis· scorum exempla sufficerent. Ut cum deus et nos deus preceptis suis admoneat et vite scorum boni opis nobis exempla pponat/ nulla est iam de reatu excusacio qr et lex dei aures nostras pulsat quotidie et scorum documenta bonorum corde in intima pulsat. Et si priorum sepe seruiti exempla. Cur no imitemur scorum digna et deo placita facta. Et si apti sumus imitari iniquos v mali cur pigri sumus imitari iustos in bonum. Orandus est deus ut virtutes quas sctis pparauit ad ... nobis ad pfectum sint potius no ad penam pficient aut ad pfectum nrm si tot exempla volumus imitari virtutum Certe si ea pocius ... qz imitati fuimus ad dampnacionem nram erunt qr legendo ea impleri neglexerimus. Multi at scorum vita ... et de moribz alterius effigie virtutum sumunt· tamqz si ymago quelibet intendat et de eius similitudine ... qui ad similitudinem ... ymaginis ... spes picta formet. Sic qz fit ymaginum similis ille qui ad similitudinem ... exemplar ... intuetur. sese qz in illo qr in speculo pspicit ut addiscat qd de esse virtutis agnoscit. ... exemplo scriptum ex semetipso considerat hz dum altum intendit id qd minus est lucis adicit. Pfectorum est iam ... quelibet scorum imitando hz ipam vitatem intuendo ad cuius ymagine factus est ... hic indicat qd scribitur. Faciamus homine ad ymagine et similitudine nram. Ac ipam intelligendo imitantur diui ... uitate ad cuius factus est similitudinem· iste ergo tantus est ut no egeat homine demonstratore ... hz ipam ... contemplando mittet ... Exempla scorum quibz edificatur ... virtutes ... contemplado mittet ... Exempla scorum quibz edificat ... ex xpo deuocionis ex petro caritatis ex iohe obediencie de abraham paciencie de ysaac tolerancie de iob castimonie de ioseph mansuetudinis de moyse constancie de iosue benignitatis de samuel ... abstinencie de daniele. Sic et cetera sca porum quo labore quo moderamine qua ... intencione vel ... puctione gerant. dum scis imitando considerat De compunctione Capitulum xij· scdi libri

Compunctio cordis est mentis humilitas cum lacrimis oriens de recordacione peti et timore iudicij. Illa est quisis pfecta compunctionis affectio que omis a se carnalium desideriorum affectus repellit et intencionem suam tota mentis studio in dei contemplacionem defigit. Gemina est compunctio qua ... anima ... dum opum suorum mala considerat vl dum desiderio vite eterne suspirat. Quatuor sunt qualitates affectionum quibz mens iusti tedio salubriter compungitur. hic est memoria preteritorum facinorum

repa.

recordacio futurorum penarum. Consideracio peregrinacionis sue in huius vite longinquitate. desiderium superne patrie quibus ad cor compunctum valeat pervenire. Quintus. memoria peccatorum compungit ad lamenta. tunc se sciat visitari dei pietatis
clemencia cum id quod se admisisse recolit, intus erubescit. suo quoque iudicio penitendo iam punit. Vnde tunc petrus
flevit cum in eum dominus respexit. Vnde et psalmista. Respexit in eos ~~in eorum terram~~ et commota est terra et contremuit. Gregorius
dei sunt in corde hominis intiorum quia bona desideria singula ut calescant mala. Cum ergo ista in corde hominis fiunt
signum est tunc deum esse per graciam cordi humano presentem. Vnde tunc se magis bene agere debet ad compunctionem quia sentit deum
intus operantem quo modo iusti homines ex vera compunctione rapiuntur et qualiter infucata veritate degustata lucis magne
illum nosse posse quam iam aliquid dulcedinis gustaverunt. Sunt qui non ex toto corde compunctione sui accusatores fiunt sed tunc
ad hoc se peccatores assignant ut ex ficta humilitate confessionis locum inveniant sanctitatis. De confessione peccatorum et penitencia C. xxxiii

Ex eo quod unusquisque iustus esse incipit ex quo sui accusator extiterit. Multi autem semetipsos peccatores fatentur
et tamen semetipsos a peccato non subtrahunt. Magna iam iusticie pars est semetipsum nosse quod primus est ut ex
eo divine virtuti subdatur humilius ex quo sua infirmitate agnoscit. Bene se iudicat iustus in hac vita ne iudicetur
a deo perpetua dampnacione. Tunc autem de se iudicium quisque sumit cum per dignam penitenciam sua prava facta condempnat. Amari-
tudo penitencie facit animum et sua facta subtilius discutere. et dona dei que contempsit flendo commemorare. Nichil autem peius
est quam culpam non agnoscere nec deflere. Duplicem debet habere penitenciam omnis peccator. sive quia per negligenciam bonum non fecit. sive quia
malum per audaciam perpetravit. Quod enim oportuit non gessit. et gessit quod agere non oportuit. Ille penitenciam digne agit
qui reatum suum satisfactione legitima plangit. condempnando scilicet ac deflendo que gessit. tanto in deplorando sit promptus
quanto in peccando extitit pronus. Ille penitenciam digne agit qui sic preterita mala deplorat ut futura iterum non committat.
Nam qui plangit peccatum et iterum admittit peccatum quasi si quis lavet laterem crudum. quem quanto magis laverit tanto
amplius lutum facit. Licet quis enim quisque sit peccator et impius si ad penitenciam conversus consequi veniam posse credit
Nullus enim de bonitate dei dubitet. per penitenciam sibi concedi indulgenciam peccatorum confidat. quia sola desperacionis pravitas
concessa indulgenciam abnegat. In hac vita tantum patet penitencie libertas. post mortem vero nulla correctionis li-
cencia est. Vnde et dominus dicit. Me oportet operari opera eius qui me misit donec dies est. Venit autem nox quando nemo operari
potest. Hinc et propheta. Date inquit domino deo vestro gloriam antequam tenebrescat. et antequam mors eterna perveniat. In hac
vita deum esse deum per penitenciam glorificate. In hoc seculo penitenciam operantibus divina misericordia subvenit. In futuro iam non operari
sed racionem operum nostrorum ponimus. Pro id deteriorant plerique iniqui quod per pacienciam dei spacium accipiunt emendandi
quem illa mora veniendi non utuntur ad penitenciam sed ad peccandi usurpant audaciam. A malo autem in deterius vadit
qui tempus sibi indultum ad penitenciam ad libertatem pravi operis vertit. Festinare debet unusquisque ad deum penitendo dum
potest ne si dum potest noluit. cum tarde voluit omnino non possit. Vnde propheta ait. Querite dominum dum inveniri potest. Invo-
cate eum dum prope est. Et ubi inveniri potest nisi in hac vita in qua est et prope est omnibus invocantibus se. Nam tunc
longe erit cum dixerit. Ite in ignem eternum. modo non videtur et prope est. tunc videbitur et prope non erit. quia videri
poterit et non poterit inveniri. Si quis quisque properare potest penitere vitam quoque suam vivens ab omni crimine corrigit non
dubium quin moriens ad eternam transeat vitam. Cum autem prave vivendo penitenciam agit in mortis articulo sicut eius dampnacio
dubia est sic remissio dubia. Cum ergo cupit certus esse in morte de indulgencia sanus peniteat. sanus quoque perpe-
trata facinora defleat. Sunt qui penitentibus securitatem cito pollicentur. quibus bene per prophetam dicitur. Curabant
contricionem filie populi mei cum ignominia dicentes. pax pax et non est pax. Cum ignominia quidem curat contricionem qui peccanti
et non legitime penitenti promittit securitatem. Vnde et scriptum est. Confusi sunt qui abhominacionem fecerunt. i. confusi sunt
non penitendo sed penas luendo. Aliter enim confunditur coram iudice reus dum plectitur. atque aliter qui de malo
opere erubescens corrigitur. Ille enim quia comprehensus confunditur. iste quia se malum fecisse meminit. Omnibus per
penitenciam peccatorum impetracio sit. sine metu tamen hic esse non debet. quia penitencie satisfactio divino tantum pensatur iudicio non humano.
Inde quia miseracio dei occulta est. sine intermissione flere necesse est. Neque enim unquam oportet penitentem de peccatis habere
securitatem. Nam securitas negligenciam parit. negligencia autem sepe incautum ad vicia reducit transacta. Dum per penitenciam
ab homine vicia fuerint expulsa. si forte postea hoc intercedente securitate quelibet culpa surrepserit. confestim de-
lectaciones pristine viciorum mentem animi irrumpunt pulsantes quoque hominem in consuetis operibus germina pertrahunt ita
Non plerorumque peracta sed per ... ut sunt non ipsa illius peiora prioribus. De desperacione peccancium Cap. xxxiiii
affectum boni vel mali vitur. recedit vel a deo. Neque enim gressu pedum sed gressu morum elongamur

vel propinquius ad deum. Perpetrare flagitium anime mors est. Contempnere peccatum et manere in culpa descendere in
infernum post mortem est. Ergo peccare ad mortem pertinet. desperare vero in infernum descendere. Unde et scriptura ait. Impius
cum in profundum malorum venerit peccata contempnit. Sepe dyabolus eos quos cernit ad penitenciam aspirare immanitate scelerum per-
cussos ad desperacionem deducit ut subtracta spe venie trahat ad diffidenciam quos non potuit retinere perseve-
rantes in culpa. Sed penitens providere debet callidas contra se hostis insidias. sic quoque dei iusticiam metuat ut tamen conversus
in magnis sceleribus de misericordia eius confidat. Amplius letatur deus de anima desperata et aliquando conversa quam de ea que
numquam fuit perdita. sicut prodigo de filio qui mortuus fuerat et revixit perierat et inventus est. De cuius regressu
magnum fit gaudium patris. Non aliter coram deo et angelis copiosum est gaudium super eo qui a periculo liberatur quam
de eo qui numquam nomine peccati periclitatur. Tanto enim contristantur res perdite tanto magis si fuerint invente letificant. Unde in
evangelio pastor ille exultat qui ovem perditam inventam in humeris suis gaudens reportavit. Nullus desperare debet
veniam etiam si circa finem vite ad penitenciam convertatur. Unumquemque deus de suo fine non de vita preterita iudicat. Hoc quippe
legis testimonio edocetur quod hic de suo quemque iustificet. qui deus pro asini primogenito ovem iussit fieri in hostia
quia est immundicia vite prioris mutatur in innocentiam boni finis. Unde et caudam iubet offerri in hostia id est vite finem.
in penitenciam. Multi superna respecti gratia in extremis suis ad deum revertuntur per penitenciam et quecumque mala gesserant cotidianis
fletibus purgant atque in bonis factis mala gesta commutant. Quibus iuste totum quod deliquerant ignoscetur
quia ipsi quod male gesserunt penitendo cognoscunt. In vita hominis finis querendus est quia deus non respicit
quales antea vixerunt sed quales circa finem vite existunt. De his qui a deo deseruntur. Capitulum xv.

Deo deserente ullum penitere. deo respiciente suam unusquisque culpam videre et plangere et unde recedit cogi-
tare. Nonnulli autem ita deseruntur a deo ut deplorare mala non possint etiam si velint. Consilium spiritus
ad instar observare aditum penitencie cupiunt. Indorum hoc est ut quia ipsis negatum est post prevaricacionem regredi
ne vel ipsi revertantur ad deum. eos quoque socios in perdicione secum contendunt quibuscumque fraudibus insistentes ut aut
desperent. Ad dominum aut per flagelli immanitate desperent. Ingemiscendum est igitur et posposita securitate lugendum
ne dei secreto et iusto iudicio deserantur. hoc est perdendum in potestate demonum relinquatur. Nam veniam quem deus
deserit demones suscipiunt. Omnia temptaciones precepti stati ut aiunt a maligni spiritibus occupantur
a quibus etiam ut malefaciat persuadent. Hinc est illud propheticum: Inimicos dei persecuntur tenebre qui intelligunt
demones. Unde et in psalmo scriptum: Immissiones per angelos malos. Quamvis reproborum in potestate demonum occulto dei
iudicio et iustissimo redigantur. Ysaia testante: Ipse misit sortem eis et manus eius divisit eis eam in mensura usque
in eternum possidebunt eam. Quamvis electorum dimittuntur divina iusticia in errore peccati et tamen in sanacione eius
reducti demo convertuntur. De talibus enim dominus per prophetam: Et dimisi eum et reduxi eum et reddidi ei consolacionem.
Nonnumquam etiam deus revertens hos quos deseruerat rursus affligens visitat et per lamenta lacrimarum ac penitencie
afflictionem a peccatis purgat. Unde Iob ad dominum propter superbiam meam quasi leenam capies me reversusque mirabiliter
me crucias. Revertens enim deus hos cruciat quos quem prius deseruerat flagellando iterum visitat. Qualis actibus
nequaquam provocare debet quippe quia si penitendo digna deo acta gesserimus
contra nos amplius celestem iracundiam nequaquam provocare debemus. Nam ille qui nos malos tolerat non dubium est quod cum sit clemens
severitate eius in clemenciam commutabitur. Nam ille qui nos malos tolerat non dubium est quod dat nobis locum satisfaciendi
ignoscat. Nam quod reservat nobis tempus penitencie ut non sit obviam mortis propterea sed dat nobis locum satis
faciendi. hoc totum provenit de dei clemencia ut nos non dampnet crudeliter sed expectat ad penitenciam patienter.
Irrisor est et non penitens qui adhuc agit. De his qui post lacrimas ad delictum redeunt. Capitulum xvi.

quod penitet nec videtur deum poscere subditus sed subsannare superbus. Canis reversus ad vomitum
penitens ad peccatum. Multi enim lacrimas indesinenter fundunt et peccare non desinunt. Quosdam accipere lac-
rimas ad penitenciam cerno et effectum penitencie non habere quia inconstancia mentis nunc recordatione peccati lacrimas fu-
dunt. nunc vero revivescente usu ea que fleverunt iterando committunt. Qui et preterita debet plangere et actibus
sceleribus incubare iste emendacionem non habet qui adhuc agit que penitendo deflere possit. Ysaias peccatoribus
dicit: Lavamini et mundi estote. Lavatur et non est mundus qui plangit que gessit nec deserit et post lacrimas
ea que fleverat repetat. Sic demonum et alibi ait penitente atque iterum delinquente: Quam vilis facta es nimis iterans vias tuas. Tempus ergo culpas preteritas plorat. Hinc notandum est
quod sic commissa defleat ne iterum flenda committat. De multis miserias Ysidorus qui et
modo tenetur ut sic commissa defleat ne iterum flenda committat.
penitere negligo retroacta et adhuc committo penitenda. De peccato Capitulum xvii. secundi libri.

qui

no

itando

Duobus modis peccatum committitur, aut amore cupiditatis, aut metu timoris, dum vel quisque vult adipisci quod cupit, vel timet ne incurrat quod metuit. Quatuor modis peccatum committitur in corde, quatuor et perpetratur in opere. Committitur in corde suggestione demonum, delectatione carnis, consensione mentis, defensione elationis. Committitur in opere nunc latenter, nunc palam, nunc consuetudine, nunc desperatione. His ergo gradibus et corde delinquitur et opere malicia perpetratur. Tribus modis peccatum geritur, hoc est ignorantia, infirmitate et industria. Ignorantie namque modo peccavit in paradiso Eva, sicut apostolus dicit: Vir non est seductus, sed mulier in prevaricatione fuit. Ergo peccavit Eva ignorantia. Adam industria, quia non seductus, sed sciens prudensque peccavit. Adam vero seducitur, quando consentiat evidenter. Ignorat Adam. De infirmitate autem Petrus deliquit, quando metu interrogantis ancille Christum negavit. Unde et post peccatum amarissime flevit. Gravius est infirmitate quam ignorantia quemquam delinquere, graviusque industria quam infirmitate peccare. Industria namque peccat qui studio ac deliberatione mentis malum agit. Infirmitate autem qui casu vel precipitatione delinquit. Nequius autem hoc industria peccat, qui non solum non bene vivit, sed adhuc bene viventes, si potest, a veritate deducit. Sunt enim qui ignoranter peccant, et sunt qui scienter. Sunt etiam qui pro ignorantie excusatione scire noluerunt, ut minus excusabiles culpabiles fierent, qui tamen se ipsos non minuunt, sed magis decipiunt. Nescire simpliciter ad ignorantiam pertinet. Noluisse vero scire ad contumacem superbiam. Voluntatem quippe domini velle nescire quid aliud est quam velle dominum superbiendo contempnere. Nemo ergo de ignorantia se excuset, quia deus non solum eos iudicat qui a cognitione sua recedunt, sed etiam illos qui nescierunt, testante eodem domino per prophetam: Dispersa impios homines a facie terre, et eos qui avertuntur post tergum domini, et qui non quesierunt dominum ut investigarent eum. Unde et per psalmistam: Effunde iram tuam in gentes que te non noverunt.

De levioribus culpis. Capitulum xviii.

Multi vitam suam crimine carere putant, sed peccato non putant. Nam quamvis in hoc seculo magna iustitie claritate quisque resplendeat, numquam tamen ad purum peccatorum sordibus caret, teste apostolo attestante, qui ait: Si dixerimus quia peccatum non habemus, ipsi nos seducimus, et veritas in nobis non est. Quedam sunt facta peccatis similia, sed si bono animo fiunt, non sunt peccata, utpote potestas, si non ulciscendi se cupiditate, sed magis corrigendi studio ulciscatur in reum. Item sunt peccata levia, que ab incipientibus quotidiana satisfactione frequenter purgantur, que tamen a perfectis viris velut magna vitantur. Quid enim homines de magnis sceleribus agere debent, quando et perfecti levia quoque delicta quasi gravissima lugent? Non solum gravia, sed et levia sunt peccata cavenda. Multa enim levia unum grande efficiunt, sicut solent a parvis et minimis guttis immensa flumina crescere. Innumerabiles enim in unum coacta fecunditate efficiunt copiam. Peccata que incipientibus levia sunt, perfectis viris gravia reputantur. Tanto enim maius cognoscitur peccatum esse, quanto maior qui peccat habetur. Crescit enim delicti cumulus iuxta ordinem meritorum, et sepe quod minoribus ignoscitur, maioribus imputatur.

De gravioribus culpis. Capitulum xix. secundi libri Ysidori de summo bono.

Ex permissione minorum peccatorum maiora committi peccata, ut dum ea ferant pro magnis, qui de parvis corrigi noluerunt iudicio dei, in reatum nequiorem labuntur, qui dum fugere sua minora sint contempnunt. Multi a crimine in crimen corruunt, qui dei cognitionem habentes, timorem eius negligunt, et que per scientiam noverunt, peractionem non venerunt. Ideo quia tenant dubio iudicio puniendi committunt, et in penam priorum facinorum fiunt deteriores. Addere sepe peccatum talibus causa peccati est, quod cum committitur, aliud quoque ipso quasi sua soboles oritur, sicut ex fornicatione solet nasci libidinis quoque nimia ventris ingluvies. Pena vero peccati peccatum admittitur, quando pro merito cuiusque peccati deo deserente in aliud peccatum deterius itur, de quo amplius qui admiserit sordidatur. Ergo precedens peccatum causa est sequentis peccati, sequens vero peccatum pena est precedentis delicti. Precedentia itaque peccata sequentium sunt causa, ut illa que secuntur sint pena precedentium, et precedentium peccatorum pena ipsa vocatur induratio veniens de divina iustitia. Hinc est quod ait propheta: Indurasti cor nostrum ne timeremus te. Neque enim dum quisque iusti sunt a deo pelluntur, ut mali fiant, sed dum mali iam sunt, indurantur ut deteriores consistant. Sic et apostolus ait: Pro eo quod caritatem veritatis dei non receperunt ut salvi fierent, immisit illis deus spiritum erroris. Facit ergo deus quosdam peccare, sed in quibus iam talia precesserunt peccata, ut iusto iudicio eius in deterius ruant. Alia quippe peccata precedentibus aliis peccatis prolabuntur in penam, qua peccata merentur. Quedam de ira dei veniunt peccata, que pro merito aliorum compensantur peccatorum. Esaias inquit: Tu iratus es, et nos peccavimus. In ipsis fuimus semper. Ac si diceret: Quia semper in peccatis fuimus, iratus es ut deterius peccaremus. Quid enim sit ira dei primum, quid provocat, prudens lector dicit sciens. Error namque est ira provocans. Quid enim est ira dei primum? Quid provocat prudens lector dicit scienter. Error namque est ira provocans qua provocatur quam ea qua meremur, quia ignorando peccavimus. Provocatur quando scientes bonum facere noluimus. Unde iram dei dum vincere vitare possumus, timeamus ergo ne veniente illo tribunale iudicium sentire possit, vitari non possit.

De manifestis occultisque peccatis. Capitulum xx.

Maior est culpe manifeste quam occulte peccare. Dupliciter enim est reus qui aperte delinquit, quia agit et docet. De talibus per Esaiam dicitur: Et peccata sua

Alij pro impunitis in pluribus ... negligentia ...

sicut Sodoma praedicaverunt nec absconderunt. Multi enim publice delinquentes sine ullo pudore sua flagitia praedicant
ut vel sic mutent sceleris verecundiam. Generalis enim iam iusticie porcio est iniquitatem suam homini abscondere et in se
metipso de peccatis propriis erubescere. Peccare peccatum est, predicare clamor est. De quo et apostolus dicit: Et clamor
auferatur a vobis cum omni malicia. In eius ipsius peccatis corpore quo quisque peccatum quod agit abscondit indicium iam
esse indicium quod non erubescit nisi de conscientie reatu. Ergo de hoc ipso quod quisque de facto suo erubescit ipse iudex sui est.

De peccati amore capitulum xx

Aliud est non peccare amore dilectionis dei, aliud timore supplicii. Qui enim amore caritatis dei non peccat
abhorrescit omne malum amplectendo iusticie bonum, nec eum delectat peccatum etiam si sceleris impunitas permittatur.
Qui vero sola pena supplicii in se vicia reprimit, quamvis non compleat opus peccati, vivit tamen in eo voluntas peccandi,
dolet quod sibi illicitum quod lex prohibet. Ille enim boni operis mercedem percipit qui amando iusticiam facit, non is qui eam
solo metu penarum invitus custodit. Nonnulli quidam non diligunt peccatum sed faciunt; plerique vero faciunt tamen et non diligunt. Non-
nulli peccatum non faciunt sed tamen iusticiam odiunt. Graviusque autem peccat qui non solum peccatum diligit sed facit quam qui non facit et diligit.
Graviusque quam medius qui diligit et non facit quam qui facit et odit. Gravissimum est non solum facere sed et diligere peccatum. Nam
sunt quidam qui confestim peracto flagitio confunduntur. Et sunt qui non solum non dolent gessisse malum sed etiam de ipso ma-
lo opere gloriantur. Sicque ad comparationem mali fit deterius dum de viciis gratulantes extolluntur in peius. De talibus ait
Salomon: Letantur cum malefecerint et exultant in rebus pessimis. De peccati necessitate. Capitulum xxi.

Interdum malum quis summa necessitate potius quam voluntate committit. Verenda est autem necessitas mali in voto boni.
Plerique non voluntate sed sola necessitate peccant, pertimescentes temporalem inopiam, et dum putantur sola necessitate resu-
giunt, a futuris bonis pereunt. Item nonnulli peccatum voluntate non necessitate committunt, nulla quidem coacti inopia consistunt
iniqui sed gratis tantum cupiunt esse mali. Neque enim ipsarum rerum amant quam appetunt sed ipsa tantum peccati malicia delectantur.

Melius est peccatum cavere quam emendare. Facilius enim resistimus hosti. De peccandi consuetudine. Cap. xxii.
a quo nondum victi sumus quam ei a quo iam superati sumus ac devicti cognoscimur. Omne peccatum antequam admittatur
amplius pertimescitur. Quamvis autem grave sit, dum in usum venerit leve estimatur et sine ullo metu committitur. Istis formulis
quasi quibusdam gradibus convalescit omne peccatum. Cogitatio namque prava delectationem parit, delectatio consensionem, consensio
actionem, actio consuetudinem, consuetudo necessitatem. Sicque dum hiis vinculis homo implicatur quasi quadam cathena viciorum
tenetur astrictus ita ut ab ea avelli nequaquam valeat nisi divina gratia manum iacentis apprehendat. Peccatum admittere
cadere est in puteum. Consuetudinem vero peccati facere os putei est angustare ne is qui cecidit valeat exire. Sed
interdum etiam tales deus liberat dum eorum desperationem ad conversionem libertatis commutat. Ipso enim miserante peccata dimit-
tuntur, quo protegente fit ne in deterius peccando eatur. Nequissimum est peccare. Peius est peccandi consuetudinem facere.
Ab illo facile, ab hoc cum labore resurgitur. Dum male consuetudini repugnatur, male agendo consuetudine se
propheta Ysaias asserit in profundum iri. Cum usu quasi quadam lege homo tenetur astrictus ut etiam qui non libet peccatum admit-
tat. A lapsu vero cito resurgere non est in peccatum ruere. Apostolus legem peccati dicit in membris meis, que lex consuetudo est,
quam peccando concipimus et non ab ea cum volumus discedimus quia iam necessitatis vinculo per consuetudinem retinemur. Multum dei
amor agit in hominibus sed resultat carnis male consuetudinis lege. Bene autem et audacter bona conscientia exultat
que valent reprimunt in se quod insolenter impugnat. Et frequenter peccare cavendum est. Ita hoc ipsum quod de malo minimo
plerumque nobis deus ad salutem operatur, quanto mirabile est tanto periculosius est. Propterea metuendum est confidere ita sal-
vari, ne forte dum a viciis corripere simus et vicia multiplicemus et salutem non adipiscamur. Ergo studeamus
aut non cadere aut quam cito a lapsu resurgere. Consuetudo autem peccare cavendum est. Et si quam fragilitate peccatum sur-
repserit, confestim erit corrigendum quod nequit sentire esse commissum. Cito enim corrigit culpa que cito cognoscit.
Tardius autem curat vulnus quod iam putrescentibus membris longo post tempore curationibus adhibet. Iteratio peccati gra-
vior est sicut si morbus super morbum veniat, sic si ymber super ymbrem concurrat. Nova peccati iniquitate facit
sceleris. Unde et propheta: Ve qui trahitis iniquitatem in funiculis vanitatis et quasi vinculum plaustri peccatum. Trahit
enim iniquitatem ut funiculum qui tardat converti ad deum. Trahere enim iniquitatem est moram facere in iniquitate. Unde postea
prolongaverunt iniquitates suas. Dum iustus concedet terminos peccatorum. De peccati recordatione c. xxiii.

Bonum est homini semper ante oculos habere propria delicta, secundum prophetam dicentem: peccatum contra me est semper. Sic enim
non oportet remissum affectum peccati, sicut semper necesse est vindicare quod in deflendo commemorare delictum.
Apud iustum recordatio peccati facit tedium animi. Qui autem lenonie et cupiditati subditi sunt, commemorati superbia
etiam de ipso peccati opere gloriantur. Servus dei tanto debet esse recordatio peccati sui ut ea que gessit semper lacrimas
confiteatur. Unde propheta dicit: Conversus sum in erumpna mea dum configitur spina peccatum meum cognitum tibi feci.

et dixi confitebor adversum me iniustitias meas domino. Scriptum enim dicat: Cum tacui inveteraverunt ossa mea. Hoc est non sum confessus. Quid ergo tacuisse se penitet nisi confessionem peccatorum? Quid tacuisse solet nisi defensor malorum? Qui ergo peccatorum suorum defensor extitit, necesse est ut penitendo accuset quod superbiens prius admisit.

Bipertita est causa peccati id est operis et cogitationis, quarum una iniquitas dicitur ¶ De cogitatione Cap. xxv

quod opere geritur, aliud iniustitia quod cogitatione admittitur. Prius actio resecanda est, postea cogitatio; prius prava opera, postmodum desideria. Vicissim autem et a cogitatione opera prodeunt et ab opere cogitatio nascitur. Unde et si ab opere malo quisque vacet, pro solius tamen prave cogitationis malicia non est innocens. Unde et dominus per Ysaiam prophetam inquit: Auferte malum cogitationum vestrarum ab oculis meis. Non enim solum factis sed et cogitationibus delinquimus, si eis illicite occurrentibus delectemur. Sicut vipera a filiis in utero positis laceratur et perimitur, ita nos cogitationes nostre intus nos enutrite occidunt, et concepte intus vipereo veneno animam consumunt. Non est arbitrii nostri cogitationis prave suggestionibus pervenire; late autem in eis cogitationem pravam nostre attinet voluntati. Illud autem ad culpam non redigit, istud culpe proprie deputatur. Nam cogitationes illicitas arcere donum est; cogitationibus pravis consentire nostrum est.

Plerumque solet ut immunde corporalium species quas vidimus nostris mentibus opponantur, et nolentes eas cogitemus cruciamurque ab eis atque mentis acie invitum; tanto magis ille se eis ingerunt, obscenosque in nobis motibus obrepunt. Sed hoc fit pro conditione mortali quam meruit primus homo in penam sui peccati. Dum unusquisque divina illuminatione preventus statim molestias turpium cogitationum pulsat, sed dei frequenti iudicio timoris dei carnis temptamenta a semet ipso recedat. Homo quoque obiectis cogitationibus turpes absque repellit. Magna observantia est circa custodiam cordis adhibenda, quia aut bone aut male rei ibi consistit origo. Nam sic scriptum est: De corde exeunt cogitationes male. Ideo quia si prius cogitationum resistimus, in lapsum operibus non incurrimus. Non est timendum si bona mala quoque in cogitatione veniunt, sed magis gaudendum est si mens mala a bonis intellectu distinguat. Item iuvat quamvis bonum et malum sensu prudentiori distinguimus, nisi opere et mala cognita caveamus aut bona intellecta faciamus. ¶ De conscientia Cap. xxvi

Humana conditio dum diversis incommoditatibus interim perturbatur, etiam ante penas gehenne per inconditum animi appetitum iam penas conscientie patitur. Omnia fugere potest homo preter cor suum. Non enim abscedere potest quisque recte ubi ubicumque enim abierit, reatus sui conscientia illum non derelinquit. Quamvis humana iudicia subterfugiat omnis qui male agit, iudicium tamen conscientie sue effugere non potest. Nam et si alius celat quod agit, sibi tamen celare non potest, qui plene novit malum esse quod gessit. Duplex ergo fit in eo iudicium, quia et hic conscientie sue reatu punitur et illic perpetua pena dampnatur. Hinc enim scriptum: Abyssus abyssum invocat in voce cataractarum tuarum. Abyssum enim abyssum invocare est de iudicio conscientie sue ire ad iudicium dampnationis perpetue in voce cataractarum, id est in predicatione sanctorum. ¶ De intentione mentis C. xxvii

Oculus cordis intentio operis eius est. Si ergo intentio bona est, opus intentionis eius [bonum est]. Alioquin male intentionis opus, etiam si bonum in factis appareat, bonum tamen non est, quin quod sua bonum est. Bona est ergo intentio que propter deum est; mala autem que pro terreno lucro aut vana gloria. Intentione autem probatur bonum aut reprobatur indigne. Cum opus bonum bona intentione non facimus, proficit magis temnitur opus pro quo illiciti potuerit. Unusquisque bonum opus quod agit intentione bona agat, quoniam per mala intentione plerumque opus bonum quod agimus perdimus; et si nunquam a culpa vacamus, sepe que apud homines indicium bona patent, apud conspectum diligentissimum iudicis reproba deteguntur. Et ideo omnis sanctus videat ne forte bonum quod agit pro aliqua animi intentione in oculis dei reprobum fiat. ¶ De sensibus carnis Capitulum xxviii

Per sensus carnis morbus incipit mentis. Unde et per Ieremiam dicitur: Omnis cogitatio tua ab aquilone veniet et ponet unusquisque solium suum in introitu portarum Ierusalem. Regna aquilonis vitia sunt, que sedes suas in portis ponunt, quando per sensus carnis tunc vel calamitas labem anime ingerunt. Ideo quoque in ipsis portis id est in ipsis sensibus regnant. Neque enim aliunde perimimus nisi videndo, audiendo, odorando, gustando, tangendo. Unde et alibi: Hostes nostri intraverunt mors per fenestras. Et alibi: Homines iniqui dicebant per portas eius et super Ierusalem mittebat sortes. Quoniam quippe Iudeos spiritus notum est quam tacite per portas, ita per sensus carnis atque incipiunt et eam illecebrate sermonis perplexo loquendi... ¶ De sermone C. xxix

Omnium que vitiorum prava verba non evitamus in magno lingue periculo labimur. Demnat [?] ... et dum facta que incongrua libere et sine metu committit ad peccatoria stulta et horrenda peti animi et consuetudine labimur. Sicut plerumque multi loquendo stultitia reprehenduntur, ita econtrario nimis tacendi vitio demonstrantur. Ille enim satis laxando linguam in levitatis vitio deficiunt, isti nimis tacendo ab utilitate depereunt. Impiis sic nesciunt loqui, ita non possunt tacere. Mente enim recondita ore loquaces verbis perstrepunt et sensu nil dicunt. Sicut fratres cive a psitacibus prevalescit, ita otiosi verba a perfectis viris vitantur. Nam ut ait quidam

Sicut pro otioso verbo ratio ponitur, ita pro sermone iniusto pena opponitur. Vani sermones in ore christianorum non debent esse. Nam sicut malos mores bona colloquia corrigunt, ita prava colloquia bonos mores corrumpunt. Custodia oris ponitur quisque non se iustum sed quod magis verum est peccatorem fatetur. Manum super os ponit qui bonis operibus lingue excessum operit, et manum super os ponit qui male locutionis culpas bone actionis velamine tegit. Loquens que ad deum pertinet vel faciens et si utilis sibi non est, audientibus tamen prodest. Cum de sapientia se laudari affectat loquens prophetam attendat: Ve qui sapientes estis in oculis vestris et coram vobismetipsis prudentes. Item scientia dicitur quod verum sapientie gustu intimum saporem sentit. Nescientes enim scientia dicitur ac plerique arrogantes qui sub similitudine dicuntur de sola scientia dicitur non de sapientia. Ille enim sapit qui recte et secundum deum sapit. In scientia dicitur convicia doctores si deum sed dicta ab eis sapientia nimium tamen eloquentia. Abhorret enim sapientia spiritum in verborum ambitu ac fuco mundialis eloquentie et inflatis sermonibus ornatum. Quidam curiosi delectantur audire quoslibet sapientes non ut veritatem ab eis querant sed ut facundiam sermonis ab eis agnoscant, more poetarum qui magis compositionem verborum quam sententiam veritatis sequuntur. Quadrimoda est dicendi ratio, quia perpendendum est quid, cui, vel quo aliquid proferatur. Item quadrimoda est dicendi ratio qua aut bene sentiendo quis bene proferat, aut nichil sentiendo male dicat, aut parum sentiendo loquacitas sola ostendatur, aut optime sentiendo negligenter profert id est intelligit. Item quadripartita est loquendi ratio, qua vel bonum bene vel malum male, seu bonum male vel malum bene profert. Bonum quippe bene loquitur qui ea que recta sunt simulatione videt auditus. Malum male loquitur qui quolibet conatu persuadet flagitium. Bonum male loquitur qui quodcunque tamen arrogantia proditore sentitur. Malum bene loquitur qui aliquid narrando vitium detestatur ut ab eo homines avertat. Corde bene loquitur qui veritatem non simulat. Ore bene loquitur qui veritatem annuntiat. Factis bene loquitur qui alios ad bonis exemplis edificat. Corde male loquitur qui intus cogitationes noxias meditatur et cogitat. Lingua male loquitur qui pro eo quod male agit flagellatur et murmurat. Factis male loquitur qui male vivendo operibus suis alios ad prave agendum informat. Semel bene loquitur qui se penitendo redarguit. Bis bene loquitur qui bene vivendo alios instruit. Semel male loquitur qui post vitium vitam non corrigit. Bis male loquitur qui et male vivit et male docet. Item bis male loquitur qui et bonum quod debuit male cogitat et male refert cogitata. Item bis male loquitur qui et bonum quod debuit non egit et malum quod non oportebat admisit. Mali mala vident pro bonis et adversa pro optimis. Boni bona vident pro malis et prospera pro adversis. Adversus convicium lingue fortitudo adhibenda est patientie ut temptatio verbi que foris impugnat tolerantie virtute devicta discedat. Non omnis qui patitur opprobria iniustus est, sed qui pro veritate innoxius patitur ille tamen iustus est. Sub vituperatione lingue et opprobria hominum isto se remedio mens iusti corroborat, ut tanto solidius in deum figatur interius quanto ab humanis sensibus spernitur. Cum illatas iniurias contumelias tranquillo animo pertulit, dolorem cordis aperit et virus quod fervet in animo facile reicit. Vulnera enim mentis aperta cito consanant, clausa nimis computrescunt. Cum dolore iniurie clauso pectore tegitur, quanto amplius silentio lingua premitur tanto acriorem dolorem intrinsecus nutrit. Unde et quidam poetarum gentilium dixit: Quanto magis tegitur pectus tanto magis estuat ignis. Certe enim languor vesice non estat nimis quam tantum vivit sub pectore vulnus.

De mendacio. Capitulum tricesimum. Secundi libri ysidori de summo bono.

Mendaces faciunt ut nec vera dicentibus credatur. Reddit enim sepe hominem multa falsitas etiam in veritate suspectum. Sepe verum premittit qui falsa dicturus est, ut cum primum acquisierit fidem ad reliqua mendacia audientes credulos facit. Multis videntur vera esse que falsa sunt, et ideo non quod deus sed quod suo mendacia locuntur. Nonnumquam falsitas veriloquio adiungitur et plerumque a veritate incipit qui falsa confingit. Latent sepe venena circumlita melle et tandem deceptor veritatem simulat quousque fallendo decipiat. Nonnumquam peius est mendacium meditari quam loqui. Nam interdum quisque solet incaute ex frequentatione loqui mendacium, meditari vero non potest nisi per studium. Utrumque ergo ille ex studio mentiri prohibetur quam is qui ex precipitatione solet mentiri. Summopere cavendum est omne mendacium quamvis nonnumquam sit aliquod mendacii genus culpe levioris si quisque pro salute hominum mentiatur. Sed quia scriptum est: Os quod mentitur occidit animam, et perdes omnes qui loquuntur mendacium, hoc quoque mendacii genus perfecti viri summopere fugiunt, ut nec vita cuiuslibet per eorum fallaciam defendatur, ne sue anime noceant dum prestare nituntur aliene carnem, quamquam hoc ipsum genus peccati facillime relaxari. Nam si qualibet culpa sequente mercede purgatur, quanto magis hoc facile abstergitur quam merces ipsa comitatur. Multa mentiuntur, multa quoque fingunt homines propter hominum laudem, sicque fit ut isti mentiendo pereant et eos quos laudant ad vane glorie ruinam

imita

perducat. Sicut bene sibi conscius non metuit alienae linguae convicium, ita et qui laudatur ab alio non debet alienae laudis errore
attendere, sed magis unusquisque testimonium conscientiae suae quaerat; tunc plus ipse prius est quam ille qui laudat. Opus enim
suum unusquisque probet, ut ait apostolus, et tunc in semetipso tantum gloriam habebit, id est occulte in sua conscientia, non per laudem in
aliena lingua. Perfecti qui alta radice fundati sunt, et si flamine laudis ac vituperationis utrumque quasi ventorum inlidentium
impulsu flectuntur, tamen non deiciuntur, sed pristina firmitate radicis ad se redeunt. Bona mens ad malum nec periculis
nec terroribus vincitur. Nam iniqui tyrannorum blanditiis miscent ut aut oblectatione quempiam decipiant aut frangant terroribus.
Cum laudatur in auditorum amore inserunt, sed si veraciter et non ficte laudant, id est, si vera sunt quae de illo dicuntur.

Sicut mentiri non potest qui non loquitur, sic periurare non poterit qui iurare ¶ De iuramento Capitulum XXXI
non appetit. Cavenda est igitur iuratio, nec ea utendum nisi in sola necessitate. Non est contra Dei praeceptum iurare, sed
dum usum iurandi facimus, periurii crimen incurrimus. Numquam ergo iuret qui periurare timet. Multi qui loquuntur mentiri se
delectant; dum oportet tamen sic in ore esse est est, non non. Amplius enim quam est et non est a malo est. Multi ut fallant
periurant, ut per fidem sacramenti fidem faciant verbi, sicque fallendo dum periurant et mentiuntur, homines incautos decipiunt.
Plerique sub iuramento fraudem et falsis lacrimis seducti decipiuntur et credimus dum plorant quibus non erat credendum. Plerumque sub iuramento
loqui disponimus, sed incredulitate eorum qui non credunt quod dicimus iurare compellimur; tali quoque necessitate iurandi contrahitur
loquendi dispendium si incredulitate eorum qui non credunt quod dicimus. Gravius autem delinquit qui vel iurare cogit
faciunt. Sunt multi ad credendum pigri qui non moventur ad fidem verbi. Quacumque arte verborum quisque iuret, Deus tamen qui conscientiae testis est ita hoc accipit sicut ille cui iuratur intelligit.
Duplex autem reus fit qui et Dei nomen in vanum assumit et proximum dolo capit. Non est servandum iuramentum vel sacramentum
quo malum incaute promittitur, veluti si quispiam adulterae perpetuam cum ea permanendi fidem polliceatur. Tolerabilius est
enim non implere sacramentum quam permanere in stupri flagitio. Iurare Dei est pro illa re qua statuit non convellere statuta.
Paenitere autem statuta non revocare, ut est illud: Iuravit Dominus et non paenitebit eum.
Paenitentia autem Dei rerum mutatio est. Non paenitere autem Dei est quae statuit non mutavit. ¶ De vitiis Capitulum XXXII

Descendens homo a Deo statim vitiorum tradit ... ¶ Quae statuit non mutavit ... resipiscat et toto adnisu conatur superare
optat ut dum patitur infestantia vitia resistendo unde cecidit resipiscat; et toto adnisu conantur superare
vitia, et compungunt quod agunt. Hi qui non solum admittunt vitia, sed toto ea amore sectantur. Gratis delectate se palpat
qui vult sub labore vitia superare. Dum peccati legem quam vel desiderio vitiis facit sub violentia doloris resecare non possit
perfecte renuntiat vitio qui occasionem vitat in perpetrando peccato. Nam si velis tantum non peccare et data occasione
peccas, tu tibi et reus et index es qui et commissa damnas et damnata committis. Hic vero index et reus est quod vitia
accusat et perpetrat. Considerandum autem vitia dum non perfecte vitantur, suos in se faciunt relabi auctores. Nam si unum vitium
districte vitetur et alia negligantur, inanis labor est. Non enim potest in vinum obstinatione virtutis fortiter perdurare cum
alia vitia dominantur in corde. Nonnumquam homines sua vitia perferunt, et mox qui prius ea volentes ferunt sibi socia postea
sentiunt etiam nolentes stimulosa. Nonnulli non antea in errorem vitiorum labuntur nisi prius interiores oculos perdiderint
oculos, sicuti Sampson non antea ab allophylis ad molam ligatus est, mactatus, nisi postquam sunt ei lumina oculorum
extincta. Quando vigentes mentis oculi vitiorum superantur, mentem sunt sic quoque deinde interiorum bonorum operum perdunt
sic rex Babylonis in oculis Sedechiae prius filios suos interfecit et postea oculos suos effodit, ac per hoc post
malorum operationum consuetudinem et interemptionem bonorum perit quondam et mens. ¶ Quod de vitiis vitia et de virtutibus
Sic gignuntur de peccato peccata ut dum non evitantur paria incidant. ¶ virtutes oriantur. Capitulum XXXIII
Sic maxime ut dum defenduntur admissa vel laudantur, de flagitio ad superbiam itur. Unde fit ut duplicati
criminis sit reus qui et admittit scelera per voluntatem et defendit ea per contumaciam. Quomodo sicut de vitio gignitur
vitium, sic virtus de virtute concipitur. Ex vitio enim gignitur vitium, sicut David quando dum non evitat adulterium perpetravit
et homicidium. Item virtus virtute concipitur sicut per virtutem caritatis prædicatio et virtute martyrii apostoli meruerunt. In cordibus
sectantium vicissim invicem sibi succedunt vitia, ut dum unum abierit succedat aliud. Inde Iohelis prophetae testimonium
qui ait: Residuum erucae comedet locusta et residuum locustae comedet bruchus et residuum bruchi comedet rubigo.
Per id quod ista vitia sub vitiorum allegoria colliguntur, quia sic Christum prius ebrii et flete. Aliquando peccata utiliter et in
minimis vitiis ut maiora utiliter caveantur. Lege apostolum: minora permittente peccata ne maiora perpetrent. Vitant
autem saniores vitia quae virtutibus non vitiis concluduntur. Quomodo autem tunc quaedam latentia vitia apparent quae ab
aliis vitiis deseruntur. ¶ De mali usus virtutibus Capitulum XXXIIII

Interdum usu virtutes de se vitia gignunt quod fit
per immoderatum animi appetitum, cum non sufficit donum quod meruit nisi inde aut laudes aut lucra quaesierit
damnanda. Inde virtutes vitia gignunt, dum aliquando per tempore opportuno minime relaxantur; sic quoque fit ut quae congruo
loco virtutes sunt in incongruo vitia deputentur, veluti si per fratris adventum ieiunium non solvatur continuum.

virtutum ergo discretionem a paulo sumere qui ad tempus egit quod agendum esse omnino prohibuit Item quedam virtutes dum dis-
cretionem non seruant in vicia transeunt Nam sepe iusticia dum suum modum excedit crudelitatis seuiciam gignit et ni-
mia pietas dissolucionem discipline parturit ut zeli studium dum plus est quam oportet in iracundiam transit Et nimia
mansuetudo corporis segniciem gignit Prudentis autem viri discretio solerter prospiciat ne bonum inperanter agat et de virtute
in vicium transeat Item apud quosdam ex virtute vicium gignitur dum quis de castitate et abstinencia gloriatur Nam et
qui elemosinam vane glorie causa impendit ex virtute vicium facit Sed et qui de sapientia arrogancia habet et qui de iusticia
primum appetit et qui aliquid donum dei quod meruit in laude sua conuertit aut in malos vsus assumit Proculdubio
virtute transfert in vicium Hostes de virtutibus vicia nutriunt ex quibus perimit Item deus arte potentissima ex nostro
vicio virtutes format quibus nos ab iniquitate reformat ¶ De simulatis virtutibus Capitulum xxxi

Quedam vicia speciem virtutum preferunt ideo quod periculosius suos sectatores decipiunt quia sub velamine virtutum teguntur
Nam vicia que statim virtutibus contraria apparent cito dum in palam venerint emendantur propter quod sequaces eorum
de talibus criminibus erubescunt Carnales autem plerumque per insensibilitatem mentis non agnoscunt vicium esse culpabile quod
dignum videtur laude. Item quedam vicia speciem virtutum esse videntur sed tamen virtutes non sunt Nam iniusticia sub pretextu
iusticie crudelitas agitur et putatur esse virtus quod magis est vicium Sic remissa segnicies mansuetudo esse creditur et
quod agit torpor per negligenciam putatur agere indulgencia pietatis Nonnumquam eciam virtute largitatis imitatur vicium pro-
digie effusionis et virtute parcitatis tristis tenacitas imitatur Et vicium pertinacie absconditur sub virtute constancie
Item timor ex virtute obediencie occultatur et sub specie virtus humilitatis quod tamen vicium est timoris Sed procacitas vocis pro veritatis libertate
accipitur et vicium pigricie quietis virtute imitatur Porro vicium inquietudinis virtute se habet vocari sollicitudinis et pre-
cipitacionis fallacitas feruor boni studii creditur et boni agendi tarditas consilii mora esse videtur Dum tamen ista
sit virtus illa vicium Tali ergo exemplo vicia speciem virtutum imitantur et inde se nonnulli iustos esse confidunt unde
maiore reprobantur Aptum exemplum viciorum de latronibus sumitur Nam sicut ex insidiis latro prodit se quasi iter age-
tibus iungit fingens se socium donec decipiat improuisum et dum subito erumpit ad apertum latro manifestus ostenditur
ita se miscent interdum periculose virtutibus vicia quatinus omnis boni operis efficacia in suis vsibus rapiat ut anima que
erat placens de virtutibus decepta se conspiciat viciis dampnabilibus ¶ De appetitu virtutum Capitulum xxxii

Ad virtutes difficile conscendimus ad vicia sine labore dilabimur Ista enim prona illa ardua sunt Grandes enim
sudores perficimus ut ad celum ascendere valeamus Quemadmodum ad virtutum tendentes culmine non assumimus medio-
cria aut sola modica assuescunt ut sic ad altiora pertingant ita et qui dilabuntur ad vicia non statim a maioribus criminibus
incipiunt sed a modicis consuescunt et sic in maiora proruunt Sic ergo paulatim homo a minimis viciis vacat in magis
prorruit ita et a modicis virtutibus gradatim ad ea que sunt excelsa conscendit Tum autem inordinate virtutes conprehendunt
de intimis cito prolabuntur Ita est enim in rerum natura ut quecumque velociter ad perfectum tendunt sine dubio celeriter finiantur
sicut herbe que tanto festinanter pereunt quanto celerius crescunt Arbores alta radice fundate non proueniunt diutius
quia gradatim ad perfectum tendunt Nichil prodest adiuncto malo agere aliquid boni sed prius est cohibendum a malo et
inde operandum bonum Sic enim indicat ysayas dicens quiescite agere peruerse discite bene facere Prius vicia extirpanda sunt
in homine deinde inserende virtutes Nam cohererere et iungi potest vitas cum mendaciis pudor cum petulancia fides cum
perfidia castitas cum luxuria Quedam sunt summe virtutes quedam vero medie Fides spes caritas summe sunt virtutes nam a
quibus habentur vacare habentur Alie virtutes medie sunt que ad vtilitatem et ad perniciem possunt haberi sicut dum eis quisque arro-
gancius tumescit utputa doctrina ieiunium castitas sciencia sunt temporales diuicie de quibus sicut et bene operari possumus et male
Quisquis ex deteriore iam melior esse cepit caueat de acceptis extollere virtutibus ne grauius per virtutes corruat quam
prius ex lapsu viciorum iacebat Quem deus iustificat caueat ne iterum de virtutibus se ingerat erigat Quedam illi
dona virtutum tribuuntur quedam retinentur ut dum mens de eo quod habet erigitur iterum de eo quod nequaquam habere cognoscit humilietur
Quisque dono celestis gracie inspiratus ad virtutes erigitur si forte moderatis dei manu aliqua aduersitate reprimitur
ne de acceptis virtutibus attollatur frangi non debet quia et hec ipsum ex plagis humiliata equanimiter ferre proculdubio vtile est magne

Virtutes vniuersitate se pariter a viciorum colluctacione et collusione desiunt ¶ De pugna virtutum contra vicia Capitulum xxxiii secundo libro
Dum ab eis contra singula vicia virtutes singule opponuntur Itaque vicia cum virtutibus
ad vtilitatem confligunt ut ipso certamine vel metu mens caueat vel ab elacione concussus animus resultat Aduersus impetus
viciorum contrariis virtutibus est pugnandum Contra luxuriam enim cordis est adhibenda mundicia Contra odium dileccio est pre-
muda Contra iracundiam est paciencia proponenda Porro contra timorem fiducie adhibenda est virtus Contra torporem
zeli plurimum contrarie quam gaudium accidie fortitudo auaricie largitas superbie humilitas opponenda sic quam virtutes

singula nascentia contra se vitia reprimunt ac temptationum motus virtute divine caritatis contingunt. Libidinem abstinentia do-
minat. Ita quantum corpus inedia domatur vel frangitur, tanto mens ab illicito appetitu revocatur. Adversus iram tolerantia
dimicat. Ira autem semetipsam necat, mansuetudo ac patientia victoriam portat. Tristitie merorem spes eterni gaudii superat
et quem turbata mens passionibus afficit, dulcedo interior tranquillitatis lenit. Adversus invidiam preparatur caritas et ad
usus ire incendia mansuetudinis adhibetur tranquillitas. Superbiam diaboli imitantur superbi. Adversus quam opponitur humi-
litas Christi, qua humiliantur electi. Principalium septem viciorum regina et mater superbia est. Eademque septem principalia multa
de se pariunt vitia, que ita sibimet quadam cognatione iunguntur, ut ex alto altum oriatur. Sic princeps septem
viciorum superbia nos eorum pravitatibus subdidit, ita Christus septiformi gratia plenus a ducatu viciorum nos eruit, ut quos
illa addicit septemplici vitio, iste liberat septiformi dono. De superbia. Capitulum xxxviii. libri secundi.

Omni vitio deteriorem esse superbiam, seu quod a summis personis et primis assumitur, seu quod de opere virtutis et iustitie
exoritur, minusque eius culpa sentitur. Luxuria vero carnis ideo notabilis omnibus est, quoniam statim per se ipsam turpis
est. Dispensante tamen deo a superbia minor est. Sed qui detinetur superbia et non sentit, labitur in carnis luxuriam, ut
per hanc humiliatus et a confusione consurgat et a superbia. Omnis peccans superbus est eo quod faciendo vetita contemptum habet
divina precepta. Recte ergo superbia initium omnis peccati. Cur? quia nisi precessisset dei mandatorum inobedientia transgressionis non sequeretur
culpa. Omnis superbia tanto in imis iacet quanto in altum se erigit, tantoque profundius labitur quanto excelsius elevatur.
Qui enim per propriam attollitur superbiam, per dei iusticiam inclinatur. Qui superbia inflantur vento pascuntur. Unde et propheta:
Omnes inquit pastores tuos pascet ventus, id est superbie spiritus. Qui de suis virtutibus superbiunt, quod ipsis suis iudicandi sunt
operibus quibus pro virtutibus utuntur, quia rem bonam non bona voluntate faciunt. Nam veram sibi humilitate virtus queritur et sibi
caritate vitium deputatur. Vento superbie diabolus a superna beatitudine corruit. Qui ergo de virtutibus attolluntur diabolum
imitantur, et exinde graviusque ruunt quia de excelso labuntur. Superbia sicut origo est omnium criminum, ita ruina cunctarum
virtutum. Ipsa est enim in peccato prima, in conflictu postrema. Hec enim aut in exordio mentem per peccatum prosternit, aut no-
vissime de virtutibus eicit. Inde et omnium peccatorum est maxima, quia tam per virtutes quam per vicia humanam mentem coinquinat.
Ibi cadit superbia ubi et nascitur, ut non sit superbie aliud culpa aliud pena, sed et ipsa culpa sit illius pena. De
superbia nascitur arrogantia, non de arrogantia nascitur superbia. Nam nisi precesserit occulta elatio mentis, non sequeretur
aperta iactantia laudis. Ita ergo in culpa precurrit superbia arrogantie, sicut prefertur et origine. Plerumque ad ela(tionis)
emendationem providentia dei aliquo casu nonnulli cadunt, pro quo casu reprehensi a semetipsis humiliter sapiant et de
muneribus dei laudari non appetant, sed laudent deum a quo acceperunt unde laudari se volunt. Utilius est
enim arrogantibus quocumque vitio labi et humiles post casum deo fieri, quam per elationem superbie graviore quam ruine
dampnationem per superbiam sumere. De luxuria et fornicatione. Capitulum xxxix. secundi libri de summo bono

Ex culpa superbie plerumque in abhominandam carnis immunditiam itur. Nam altum pendet ex alto. Sed sicut
per superbiam mentis itur in prostitutionem libidinis, ita per humilitatem mentis salva fit castitas carnis. Deus
ac nonnumquam detegit occultam mentis superbiam per carnis manifestam ruinam. Libidinis nascitur iudicia de animi
occulta superbia, quod primum hominis qui mox ut per superbiam contra deum tumuit statim carnis libidinem sensit et
pudenda operuit. Circumspiciat ergo unusquisque sive deputet culpe quod cecidit, quotiens libidine vincitur, quia nisi preces-
sisset latens superbia, non sequeretur libidinis manifesta ruina. Nonnumquam gemino vitio frangitur a diabolo appetitus,
et occulto per elationem et publico per libidinem. Sed dum evitat quis libidinem cadit in elationem. Item dum incaute
declinat elationem, sequitur in libidinem cadit. Sic quoque ex occulto vitio elationis itur in apertum libidinis, et de aperto
libidinis itur in occultum elationis. Sed dei famulus utrumque discrete pensans sic cavet libidinem ut non incurrat elationem,
et sic premit elationem ut non resolvat animum in libidinem. Luxuriosis itaque superbis demones plus fautores ex-
istunt. Dum quod in ceteris viciis malignus spiritus dominatur, horum tamen maiori familiaritate iungitur, eisque amplius
impio desiderio famulatur. Porro hiis duobus viciis diabolus humano generi dominatur, id est per superbiam mentis et per luxuriam
carnis. Unde et dominus loquitur ad beatum Iob de diabolo dicens: Sub umbra dormit in secreto calami in locis humen-
tibus. Per calamum enim camus superbia, per loca humentia carnis demonstratur luxuria. Per hec enim duo vitia diabolus humanum
genus possidebit, vel dum mentem in superbiam erigit, vel dum per luxuriam carnem corrumpit. Multi luxurie subditi sunt
et contra superbia de ipso luxurie opere glorantur, et inde magis elati sunt unde humiliari debuerant. Ad comparationem
mali fit deterius qui non solum flagitium committit, sed etiam de ipsis flagitiis vanitate laudis prediti homines extol-
luntur. Sic scriptum est: Laudatur peccator in desideriis anime sue. Quando enim peius quam in flagitiis miseros gaudere de
quibus iam debent copiose deplorare. Libido tue magis compunxit qui videtur. Nam sic quidam sapiens ait. P'

fornicationis tela sunt oculi. secunda verba. Et qui non capitur oculis per verbis resistere sufficit nam ubi adhuc affectus est. Cum
delectationem refrenat libidinose suggestionis non tussit ad consensum libidinis. Cito cum resistit operi qui titillationem animi
non accomodat delectationem. Dupliciter impugnatur qui ad consensionem et si non usque ad perpetrationem temptatur. Qui vero
qui sola suggestione praedicione carnis temptamentis sollicitatur. Stimulis quoque carnis qui in paulo contantem stetit
angelo [illegible] contra legem peccati [illegible] que in membris hominum dementer libidinis [illegible] qua reluctante dum in se
expugnat perficit et de infirmitate libidinose titillationis virtute suscipit gloriosi certaminis. Bonum dei multo certamine
de sua carne movetur. Ita quamvis in amore dei cor sit inconcussa intentio mens tamen que cogitatus gestit perversa
intima perversa tolerat. Deus autem qui hic ad peccatorum permittit gratia protegente suos non deserit. Ideo nonnumquam electi
lapsu carnali corruit ut a vicio superbie quod de virtutibus timent sanentur. Et qui de virtutum effectibus extollitur
superbi ut cadat carnis vicio humilientur ut surgat. Auctoritas perficiatur. Adulterium in opere iam adulterium optat in
cogitatione. Ex corde enim secundum fornicationes sunt auferende ut non prorumpant in opere. Sicut est quod per psalmistam dicitur
Accingite lumbos vestros super verba vestra in corde libidine reserata que ad lumbos pertinet. [illegible] super verba
est non in lumbis libidinis inmoderata licentia nescit tenere modum. Ita dum se virosque in complenda fornicatione
carne luxuriante laxaverit. Meretricis ad alia nephanda scelera suadentibus demonibus tussit. Dum quoque inmoderate
metas pudoris excessit tamen omnibus adicit paulatim quod ad deteriora procedit. Non ita suavis est amatum
incepti carnis libido sicut completa. Nec ita delectat fornicatio dum primum committitur. Sed repetita maiori delectatione
ingerit. Iam vero si in usum venerit tanto perditis dulcior fit ut superari difficile possit. Unde et sepe quod con-
suetudine delinquendi quasi captivi ad peccandum cum quadam violentia trahimur. Ipsi quoque invitos in nobis cum recta
voluntate rebellare sentimus. Ipsi plus oblectat mentem delectatio fornicationis quam amor castitatis adhuc peccatum
in homine regnat. Certe si amplius delectat pulcritudo intime castitatis. Iam non regnat peccatum sed regnat iustitia
in homine regnat. Certe si amplius delectat pulcritudo intime castitatis tenerat prudenter regnat
Ita non solum de grossa fornicatione peccatum regnat sed si adhuc delectat at animum teneat [illegible] regnat
fornicatio carnis adulterium est. Fornicatio autem sanctum ydolorum est. Est autem et spiritualis fornicatio secundum quod dominus ait
Qui viderit mulierem ad concupiscendum eam iam mechatus est eam in corde suo. Quos immunda polluit fornicatio secundum quam de
ista spiritus voluptate prostituatur. Ex delectatione enim fornicandi vicia gignuntur flagicia quibus regnum dei clau-
ditur et ho a deo separatur. Inter cetera septem vicia fornicatio maior est scelus quod per carnis immundiciam templum dei violat
et tollens membra Christi facit membra meretricis. Capitulum per carnis luxuriam humanum genus subdit. Dyabolo quod per cetera vicia
cum ille varius temptamentis illectos homines conetur putem magis tamen mechandi desiderium suggerit quod utrosque
in hoc vicio egrotare contendit. Demones scientes pulcherrime esse castitatem et per hanc homines angelicis meritis
equari e quibus ipsi lapsi sunt in mortem prolapsi immundie per ipsum corporis opus desiderium quoque libidinis suggerunt quo
a celestibus decursu decertare atque perhibent ferum quoque quos vicerint glaucos ad tartara deducant. Tam impulsu
demonum mens ad delectandum fornicationis impellitur. Omne [illegible] metus atque eterna tormenta incendii ante oculos
proponuntur quod in omni pena ignitorum suppliciorum formidine superatur. Sic enim clavus clavum expellit ita sepe
recordatio horroris gehenne ardorem excludit luxurie. Quidam in iuventute luxuriose viventes in senectute
continentes fieri delectantur et tunc eligunt castitati servire quos iam libido suos servos contempsit. Nequaquam in senectute
continentes remunerandi sunt qui in iuventute vixerunt luxuriose. Tales enim non habent premium quod laborisque certamine non
fuerint. Eos enim expectat gloria in quibus fuit laboriosa certamina. De continentia Capitulum [illegible] 2 libri

A deo datur continentia sed petite et accipietis. Tunc autem tribuitur qui deus gemitu interno pulsatur. Prelata
est virginitas nuptiis. Illud enim bonum hoc optimum. Coniugium concessum est virginitas tamen amonita
non iussa sed ideo tamen amonita que excelsa nimis. Bonum bonum est virginitas que et in hoc [illegible] sollicitudines
seculi diminuit et in futurum eternum premium castitatis recipit. Virgines feliciores sunt in vita eterna ysaia testante
sed qui dominus comminatus. Dabo eis in domo mea et in muris meis locum et nomen melius a filiis et filiabus
nomen sempiternum dabo eis quod non peribit. Nec dubium quod qui casti perseveraverint et virgines angelis dei
efficiuntur equales. Amanda est pulcritudo castitatis cuius delectatio degustata dulcior invenitur quam carnis
voluptas. Castitas enim fructus suavis est pulcritudo inviolata sanctorum. Castitas securitas mentis sanitas corporis
Viri et quosdam gentilium perpetua iuvenem abstinentiam contumesse ne virtute libidine frangerent. Luxuriosa
namque vita carnem cito debilitat fractam quoque celeriter ducit ad senectutem. Omne peccatum per penitentiam recipit
sanitatem. Voluptas virginitas autem si labitur nullatenus reparatur. Sed quamvis penitendo fructum venie recipiat

incorruptorum tamen ubi castitatem recipit pristinam. Virgo carne non mente nullum premium habet in repromissione. Unde et insipientibus
virginibus salvator in iudicio veniens dicit: Amen dico vobis, nescio vos. Ubi enim in mente corruptam
invenit carnis pro illo incorruptionem dampnabit. Nichil quod prodest incorruptio vel integritas carnis ubi non est virginitas
mentis. Nichil quod valet mundum esse corpore qui pollutus est mente. Multi sunt reproborum qui carnalis corruptele con-
tagium nesciunt, qui sicut infecundi sunt corpore ita steriles manent et mente operis boni fecunditate. Cum se
continentem profitetur et ab aliis tamen desideriis non subtrahit, quamvis hunc luxuria carnis non polluat, cupiditas tamen
mundane concupiscentie operationem maculat. Virgines de suis meritis gloriantes ypocritis comparantur, qui gloriam boni operis
foris appetunt, quam intra conscientiam habere debuerant. Tales quia ad promissa celestia non perveniunt, quia ipsi virginitatis
premium per elationis vitium auferunt. Sicut enim in evangelio est: virgines non habere oleum in vasis, id est non servare intus conscientiam
boni operis testimonium, sed in facie gloriam apud homines, non in corde apud deum. Prima adulterii conceptio est, destimulatione
matrimonii. Melius est uxorem ducere quam per libidinis ardorem perire. Crimina coniugalia deus non pro generando filios
sed per turbulenta carnis et libidinosa consuetudine appetunt, sicut quod bono male utuntur. Vicia per se mala sunt.
Coniugia vero et potestates per se quidem bona sunt, per ea vero que circa ea sunt mala consistunt. Coniugia enim propter id mala sunt, ut
ait apostolus: Qui autem cum uxore est cogitat que sunt mundi; et: Propter fornicationem unusquisque habeat suam uxorem. Sic et
potestates per elationem et oppressionem et per iniustitie perpetrationem consistunt male. Nocent enim impie, nocent et potestates
sed per id quod eis iniusta ponuntur, non per se. Homini itineris recti iniusta quedam sponte nascuntur, que surgentes a latere
nocent eis qui recto itinere gradiuntur.

De cupiditate capitulum xli secundi libri Ysidori de summo bono

Non posse quempiam spiritualia bella suscipere, nisi prius carnis edomuerit cupiditates. Non potest ad con-
templandum deum mens esse libera que desideriis huius vite mundi et cupiditatibus inhiat. Nequaquam alta
conspicere poterit oculus quem pulvis claudit. Omni peccato peior est avaricia et amor pecuniarum. Unde per Salomonem
dicitur: Nichil est scelestius quam amare pecuniam. Hic enim animam suam venalem facit, quia in vita sua proiecit intima sua.
Cupiditas omnium criminum mater est. Unde et apostolus ait: Radix omnium malorum est cupiditas, quam quidam appetentes
erraverunt a fide. Radicitus ergo succidatur radix criminum, non pullulat cetera soboles peccatorum. Multi enim cupiditatis turbine
eamque ipsam fidem reliquerunt. Cupiditas enim Christum vendidit. Ita et plerisque in rebus alienis tantum est desiderium
ut etiam homicidium perpetrare non vereantur, sicut Achab qui appetitu cupiditatis sue sanguinis complevit effusionem.
Sepe iniqui mala que concupiscunt assequuntur, quatenus de effectu mali desiderii fortius puniantur. Electos autem suos
deus non dimittit ire in desideriorum malorum perfectionem, sed mente corporis contrahit in dolore ab hiis que a seculo nequiter
appetunt, ut hac experientia resipiscat (?) reddita ad deum, quia ab hiis mente recesserunt. Deus ergo sibi proprium novit
adversarii qui quod temporaliter concupiscit non permittet adimplere. Secreto autem dei iudicio fit ut diversi peccantium quorum
cupiditate statim sequitur effectus actionis. Numquam satiari novit cupiditas. Semper enim avarus eget, quanto
quis magis acquirit tanto amplius querit. Non solum desiderio agendi cruciatur, sed etiam amittendi metu afficitur.
Inopes nascimur in hac vita, inopes recessuri sumus a vita. Bona huius mundi peritura cum quibus cur
peritura tanto amore cupimus, sed bona peritura tanto amore amplectimur. Plerique potentes tante cupiditatis
rabie inflamantur, ut de confiniis suis pauperes excludant, nec habitare permittant. Quibus recte per prophetam
dicitur: Ve qui coniungitis domum ad domum et agrum ad agrum copulatis usque ad terminum loci, numquid soli vos habi-
tabitis in medio terre? Tales quippe homines in infernum id est dyabolus rapit ad perditionem. Idem propheta frequenter comminatur
dicens: Propterea dilatavit infernus animam suam et aperuit os suum absque ullo termino, et descendunt fortes eius et sublimes
gloriosi quoque eius ad eum. Nec mirum quod morientes in inferno ignibus deputentur, qui viventes flamma cupiditatis
sue nimie conterruerunt (?). Cum desiderio cupiditatis constringitur, flatu dyabolice inspirationis vivunt. Accendit
enim mente Eve superbia, ut de ligno vetito manducaret. Accendit Cayn mente invidia, ut fratrem occideret.
Accendit Salomonem luxurie facibus, ut per amorem libidinis ydola adoraret. Accendit Achab cupiditate, ut
homicidium avaricie committeret. Hiis ergo inspirationibus dyabolus corda hominum occultis depravat cupiditatibus.

De gula capitulum xlii

Prima concupiscentie suggestio panis est, cum si nimie tedet (?) diversis edacitatis [...] non comedendi vel eius concupiscentiam non implendi
modo desideria comprimuntur. Unde et Daniel panem desiderabilem non comedit, id est eius concupiscentiam non implevit. Unde
prima est luxurie materies saturitas panis. Unde et propheta Sodomam de saturitate panis accusat dicens:
Hec sunt iniquitates Sodomorum: superbia et saturitas panis et habundantia aque. Pane quippe Sodomite
immoderate sumpto in turpitudines defluxerunt flagitiorum, atque inde meruerunt comitante superbia celestibus
aduri incendiis, quo modum non tenuerunt edacitatis. Utile est tamen gula ciborum quam concupiscentia. Quod enim

tam noxium quod ut atque serviat ventri et escis, que sunt destruenda, testante apostolo et dicente: Deus autem hunc et has destruet.
Proxima est ventri libido, sicut loco sic et vicio. Ubi enim venter curatur, ibi et corpus que sunt circa ventrem. Proxima enim
ordine namque membrorum genitalia ventri iunguntur. Dum ergo venter quis largius immoderate reficit, aliud ad luxuriam concitatur.
Non ad luxuriam vel ad saturitatem, sed tantum ut corpus sustentetur, epulis est utendum. Nam ut phisici disserunt, cibi moderati sunt
ut contineant atque non ut corrumpant. Cum nimium cibis utuntur, quanto magis venter pascitur, tanto magis spiritus mentis ob
tunditur. Nam greci dixerunt ex crasso ventre subtilem spiritum gigni non posse. Nam gule saturitas nimia aciem mentis obtundit,
ingenium quoque obesum facit. Libidinis ignes ciborum fomite nutriuntur. Corpus autem quod abstinentia frangit, temptacio non
comburit. Unde et tres pueros abstinentes flamma babilonii incendii et si tetigit non combussit, quia minus corporis desideriorum carnalium
ignis abstinentium mentes inflammat, et usque ad consensum concupiscentie vel operis non comburit carnem. Cum sudaria cum epulacione
ardentes divites intendat supplicium, cum tanta in inferno inter ignes aque inopia, quanta hic epularum fuerat copia. Unde ille
sedens esurire et sitire noluit, propterea illic inter flammas siciens stillam aque quesivit nec meruit. Comparandum quod ve
hementer arguatur comesaciones et sumptuosa convivia per prophetam, ita ut comminetur Deus se hoc non relaxare usque dum hos
qui ea libenter ambiunt. Ait enim per prophetam: Ecce gaudium et leticia occidere vitulos et iugulare arietes, comedere carnes
et bibere vinum. Si dimittetur hec iniquitas vobis donec moriamini. Sic omnes carnales cupiditates abstinentia resecantur,
ita omnes anime virtutes ebrietatis vicio destruuntur. Unde est quod princeps coquorum muros ierusalem subvertit, et quia venter
cum servitur a cunctis virtutes anime destruuntur. Neque enim potest quispiam virtutum perfectionem attingere nisi prius ventris edomuerit
ingluviem. Nemo potest devincere ceteris viciis nisi prius ingluviem ventris restrinxerit. Nec quisquam facile potest a semet
ipso spiritus immundos expellere nisi per abstinentiam gule. Tunc enim hostes qui extra nos sunt foras superantur, cum prius que
intra nos sunt vicia expugnantur. Nam frustra foris agit bellum qui intus hostem patitur. Non qualitatem ciborum sed corporis cupi
ditatem cavendam. Nam sepe acuciora peccata sunt gule cum pia degustantur, et sepe abiecta et vilia edendi cupiditate
sumuntur. Sicque fit ut non sit in culpa ciborum qualitas, sed illud reputetur in vicium quod cum desiderio degustatur. Quatuor
sunt genera distinctionum in gule appetitu. Primum quid, quantum et quo appetatur. Aliud ad rem ipsam pertinet que appetitur.
Tertium si ante legitimum tempus quod appetatur. Quartum vero ad immoderacionem refertur. Duo ad impacienciam festinacionem ... inordinata vel ad
Nullus clamat tamque importunus exactor quam venter, qui cotidianam refectionem cotidiana famis exactione adimplet.
Sed ceteris enim viciis et si morimur nascimur; cum non cedens morimur; cum isto et nascimur et morimur. Plerumque voluptas vobis
vescendi ita sub obtentu necessitatis surrepit, ut dum putatur fieri necessitati, voluptatis desiderio famulatur. Nec facile
discernitur utrum quod accipitur gule an indigencie deputetur.

De ebrietate Capitulum xliii. Secundi libri

Esce crapula potus ebrietatem generant. Ebrietas autem perturbacionem mentis gignit, furorem cordis, flammam libidinis.
Ebrietas ita mentem alienat ut ubi sit nesciat. Unde etiam et malum non sentit quod per ebrietatem committit.
Inquit propheta: Fornicacio et ebrietas aufert cor. Fornicacio autem ut ait Salomon infatuat sapientem. Ebrietas
Bonus ... fuerat disciplina et per disciplinam non incurrat superbiam. Elati autem pastores plebes tyrannice premunt, non regunt, quia non dei sed suam gloriam a subditis exigunt. Multi sunt qui in verbo doctrinae non humiles sed arrogantes existunt, qui et ipsa quae praedicant non studio correctionis sed vitio elationis annuntiant. Multi sunt enim non ex ... studio aedificationis sed ex tumore superbiendi docent, non ut prosint sapientes sunt, sed ut sapientes videantur. Docere student existimatione propria arrogantium sacerdotum, per quam imitantur sanctos rigore disciplinae, et sequi negligunt humilitatis affectione. Videntur appetere rigidi severitate et formam humilitatis praestare nequeunt, ut magis terribiles quam mites appareant. Superbi doctores volunt potius quam emendare noverunt, Salomone attestante qui ait: In ore stulti virga superbiae. Qui increpando rigide feriunt et compati humiliter nesciunt. Bene alieni peccati curanda vitia suscipit qui hoc ex cordis dilectione et humili conscientia facit. Ceterum qui delinquentem superbo vel odioso animo corripit, non emendat sed percutit. Quicquid enim protervus vel indignatus animus protulerit, obiurgantis furor est, non dilectio corrigentis. Sequitur de humilitate praepositorum capitulum xlii.

Oportet praelatum ad regimen talem exhibere disciplinam subditorum, praeparare se debet ut non solum auctoritate verum etiam humilitate clarescat; sed tamen ita in eo erit virtus humilitatis ne dissolvatur vita subditorum in vitiis, atque ita auctoritas adsit potestatis ne per tumorem cordis severitas existat immoderationis. Liber est in sacerdotibus vera discretio qua nec per libertatem superbi nec per humilitatem remissi sunt. Hinc est quod sancti cum multa constantia redarguerunt etiam principum vitia, in quibus cum summa humilitas esset, loco tamen necessario libere transgressores iustitiae increpabant. Aliquando etiam nos omnibus subditis nostris esse humiliores quam facta subditorum a nobis indicantur; intra vero deus indicat. Agnoscat episcopus servum se esse plebis, non dominum; verum hoc caritas, non conditio.

Non omnibus una eademque doctrina est adhibenda sed ... ¶ congruit. De discretione doctrinae capitulum xliii.

Non omnibus ... pro qualitate morum diversa exhortatio erit doctoris. Nam quosdam increpatio dura, quosdam vero emendat exhortatio blanda. Sicut periti medici ad varios corporis morbos diversa medicamina fingunt, ita ut iuxta vulnerum varietatem medicina sit diversa, sic et doctor ecclesiae singulis quibusque congruum doctrinae remedium adhibebit, et quid cuique oporteat pro aetate, pro sexu ac professione annuntiabit. Non omnibus ea quae clausa sunt aperienda sunt. Multi enim sunt qui capere non possunt, quibus si indiscrete manifestentur, statim aut detrahunt aut negligunt. Prudentiae quippe prima virtus est eam quam doceri oportet existimare personam. Rudibus populis seu carnalibus plana atque communia, non summa atque ardua praedicanda sunt, ne immensitate doctrinae potius opprimantur quam erudiantur. Unde Paulus apostolus ait: Non potui loqui vobis quasi spiritalibus sed quasi carnalibus; quasi parvulis in Christo lac vobis potum dedi, non escam. Carnalibus quippe animis ut alta nimis de caelestibus non oportet praedicari sed mediocriter, ut viam corporum mores quae despiciunt edoceri. Corvus dum videt pullos suos albi coloris, nullis eos cibis alit, sed tantum attendit donec paterno colore nigrescant, et sic illos frequenti cibo reficit. Ita et ecclesiae doctor nisi eos quos docuit viderit ad suam similitudinem per paenitentiae confessionem nigrescere et decorem saecularem deposito lamentationis habitu de peccati recordatione induere, ... adhuc in carnalibus non aperit intelligere spiritalis profundiora mysteria, ne dum audita non suscipiunt plus incipiant contemnere quam venerari mandata caelestia. Aliter ergo agendum est erga eos qui nostro committuntur regimini si offendant, atque aliter cum his qui nobis commissi non sunt. Illi enim si iniusti sunt, venerandi sunt; cum vero delinquunt, pro sola caritate ... ubi locus est corripiendi sunt, non tamen cum severitate sicut hi qui nobis commissi sunt. Unde primo docendi sunt seniores plebis, ut per eos inferiores facilius doceantur. Unde et apostolus hoc modo commendat fidelibus hominibus qui idonei sunt et alios docere. Ingenium boni doctoris est incipientis a laudibus eorum quos salubriter obiurgare cupit, sicut apostolus ad Corinthios facit, quos a laudibus inchoat, increpationibus probat. Sed gradus corripere ... erant apud Corinthios qui et laudibus et increpationibus digni essent. Ille vero indiscrete sic omnibus

corrip

eque loquitur ut omnibus utraque convenire videantur. De silentio doctorum. Capitulum XLIIII.

Pro malo merito plebis aufertur doctrina predicationis, pro bono merito audientium tribuitur sermo doctori. In potestate
divina consistit cui velit deus verbum doctrine dare vel cui auferre. Et hoc pro docentis aut audientis fit merito
ut modo pro culpa plebis auferatur sermo doctoris, modo vero pro audientis meritis tribuitur. Nam et bonus docet
bonum, malus malum, et bonus malum, et malus bonum, quod tamen fit merito diverso populorum. Non omnia tempora congruunt
doctrine, secundum Salomonis sententiam dicentis: Tempus tacendi et tempus loquendi. Non quidem pro timore sed pro discretionem
propter malorum incorrigibilem iniquitatem nonnunquam electos oportet a doctrina cessare. Interdum doctores ecclesie calore
caritatis ardentes conticescunt a docendo, quia non est qui audiat, propheta testante: Civitates austri clause sunt
et non est qui aperiat. Qui in docendi accipit officium, nullatenus ad tempus facta proximi taceat, que corrigere statim
non estimat. Nam si corrigere potest et dissimulat, certum est quod consensum alieni erroris habeat. Plerumque stulti doctores pro
mali pertinacia, quia iniquos emendare nequeunt, sub tacere disponunt, sed calore spiritus quo aguntur ferre non
sustinentes iterum in increpationem prosiliunt impiorum. De prebenda sacerdotali et precepcione in plebe. Capitulum XLV.

Quibus docendi forma commissa est in ecclesia, multum subeunt periculi, si contradicentibus veritati resistere noluerint.
Dominus per prophetam doctorem ecclesie instruit usque ad summum iusticie pervenire, cum dicit: Super montem excelsum ascende
tu qui evangelizas Syon, scilicet ut premineat merito sicut et gradu. Atque sequitur ne forte debeat a docendo timore
restringi, audit: Exalta in fortitudine vocem tuam, exalta, noli timere. Unde et dominus Ieremie ait: Accinge lumbos
tuos et surge et loquere ad eos. Ne formides a facie eorum, nec enim timere te faciam vultum eorum. Unde et apparet
quod non timere donum dei est. Qui in personam potentis accipit et veritatem loqui pavescit, velatur grandis culpe sua.
Multi enim sacerdotes metu potestatis veritatem occultant et a bono opere vel a iusticie predicatione vel a donis formidine
aut potestate terrente avertuntur. Et heu pastor inde metuit quia vel amore rerum secularium implicatur, vel quia aliquo
facinorum opere confunditur. Multi presules ecclesiarum timentes ne amicitias perdant et molestia odiorum incurrant
peccantes non arguunt et corripere oppressores pauperum verentur, vel pertimescunt de severitate reddende rationis pro
peccatis quod contrescunt de plebibus sibi commissis. Qui a potentibus pauperes opprimuntur, ad eripiendos eos boni sacerdotes pro ter
quod contrescunt de plebibus... Qui oppressores pauperum palam arguunt, increpant,
communes auxilium ferunt, nec verentur cuiusque inimicitiarum molestias. Sed oppressores pauperum palam arguunt, increpant,
communis auxilium ferunt, nec verentur cuiusque... insidias etiam si nocere valeat. Pastor enim bonus animam suam ponit pro
ovibus suis. Sic pervigil pastor contra bestias oves custodire solet. Ita et dei sacerdos super greges christi sollicitus
omnibus suis. Sic pervigil pastor contra bestias oves custodire solet, ne potentiorum cuiusque cupiditas vitam pauperum inquietet
esse debet, ne inimicus vastet, ne persecutor impetat, ne potentiorum cuiusque cupiditas vitam pauperum inquietet.
Patrem ac pastores non habent curam de ovibus, sed sicut legitur in evangelio de mercenariis: videt lupum venientem
et fugit. Tunc enim fugiunt qui potentibus et malis tacendo resistere metuunt. De disciplina sacerdotum in eos
qui delinquunt. Capitulum XLVI.

Sacerdotes pro iniquitate populorum dampnantur, si eos aut ignorantes non erudiant aut peccantes non arguant, testante domino ad prophetam: Speculatorem dedi te domui
Israel. Si non fueris locutus ut custodiat se impius a via sua, ille in iniquitate sua morietur, sanguinem autem
eius de manu tua requiram. Sic enim Heli sacerdos pro filiorum iniquitate dampnatus est, et licet eos delinquentes
admonuerit, sed tamen ut oportebat non redarguit. Sacerdotes corripere debent peccata populorum et purgari sollicite
vindicare per hoc in propheta testimonium domini ad Ieremiam loquentis: Probatorem meum dedi te in populo meo robustum, ut
scias probare viam eorum. Sacerdotes studio corrigendi facta perscrutari debent subditorum, ut emendatos lucr
facere possint. Sic autem peccatorem convenit argui, ita ut nullus non compaltum. Sacerdotes curam debent habere de
his qui pereunt, ut eos redarguendo aut corrigant de peccatis, aut si incorrigibiles existunt ab ecclesia separentur.
Alteruter itaque arguitur qui decipiendo peccantes non solum quia non arguunt pro peccato, sed et adulantes decipiunt.
Alteruter utique arguitur qui beatificant populum istum seducentes et qui beatificantur precipitati. Alteruter itaque arguuntur
... Et erunt qui beatificant populum istum seducentes et qui beatificantur precipitati. Alteruter itaque arguuntur
qui peccantes non recipiunt, sed despiciunt et spernunt, vel aliorum delictum tacitum proprium ingemiscunt. De talibus per
Ysayam dominus comminans ait: Qui dicunt: recede a me, non appropinques mihi quia immundus es. Isti ut fumus erunt
in furore meo, ignis ardens tota die. Unde est quod apostolus dicit: Omnibus omnia factus sum, non imitatione erroris
sed miseratione compassionis, scilicet ut ita alienam fleret vitam quemadmodum si tali ille et ipse implicaretur errore.
Boni pastores populi debent delicta deflere et totos se planctibus tradere, imitantes Ieremiam prophetam dicentem:
Quis dabit capiti meo aquam et oculis meis fontem lacrimarum et plorabo die ac nocte interfectos populi
mei. Itaque igitur propria delicta plebis peccata sacerdos deflere debet, sed affectu compatiendi, non actione committendi.
Nonnulli presules greges quosdam pro peccato a communione eiciunt ut peniteat, sed quali sorte vivere debeat

ad melius exhortando non visitat. Quibus congrue sermo divinus increpans comminatur: Pastores qui pascunt populum meum, vos dispersistis gregem meum, eiecistis et non visitastis eum; ecce ego visitabo super vos malitiam studiorum vestrorum. Bonorum studia sacerdotum multa diligentia pro plebium salute requiruntur, ut dum in minimis peccatis subditorum animos se [pena] praestant, maiores in malo cautos vel subditos et sollicitos faciant. Sicut medici morbos imminentes curandos suscipiunt, futuros vero ne irrepant medicinae obiectu quadam praecautione attendunt, ita et doctores boni sic ea quae male acta sunt resecant, ut ea quae admitti possunt ne perpetrentur doctrina succurrente praeveniant. Qui blando verbo castigatus non corrigitur, acrius necesse est ut arguatur. Cum dolore enim abscindenda sunt quae leniter sanari non possunt. Qui admonitus secrete corrigi negligit, de peccato publice arguendus est, ut vulnus quod occulte sanari nescit manifeste debeat emendari. Manifesta peccata non sunt occulta correctione purganda; palam enim sunt arguendi qui palam nocent, ut dum aperta obiurgatione sanantur, hii qui eos imitando deliquerunt corrigantur. Dum enim unus corripitur, plurimi emendantur. Ita ergo doceant. Necesse est enim ut pro multorum salvatione unus condempnetur, quam ut per unius licentiam multi periclitentur. Si opus est aliqua medicamenti in delinquentem sermo est asperitatis, sicut eius qui corripitur postulat salus. Doctores nonnunquam dure feriunt increpare; ad salutem verba increpationis aspergere, lenitatem tamen in corde opus est retinere. Saepe ecclesiae censura arrogantibus videtur esse superbia, et quod a bonis pie fit crudelitas putatur a pravis, quia non discernunt recto oculo quod a bonis recto fit animo. Monendus ab omni pontifice vehementer, ut tanto cautius erga commissos agat, quanto durius a Christo iudicium formidat. Ita scriptum est: In qua mensura mensi fueritis remetietur vobis. Quotidie enim ob delinquentium iudicium formidat. Clementes sumus in nostris delictis, in alieno peccato rigore nequaquam tenere, et in multis erroribus dilabimur. Multi enim in nostris delictis clementes sumus, alieno peccato rigore nequaquam tenemur, et cum ipsi maioribus criminibus obnoxii teneantur, minora peccata fratribus debere non dimittunt. Multi aliorum vitia cernunt, sua non aspiciunt, et cum ipsi maioribus criminibus obnoxii teneantur, minora peccata fratrum non dimittunt. Hypocritae trabem in oculo suo consistentem non considerant, et alienam festucam in lumine fratris intendunt. Ita saepe parva quae in aliis intuemur, in nobis noxia esse nescimus. Facilius reprehendimus aliena vitia quam nostra. Facilius enim vitia unusquisque quam virtutes intendimus sentimus, et quod in aliis reprehendimus agere ipsi non erubescimus. Facilius enim vitia unusquisque quam virtutes intendimus, et quod in aliis reprehendimus agere ipsi non erubescimus; et quod male egerit praesentem festucam ... nec quod boni quisque gesserit agnoscere cupimus, sed quid mali egerit.

De subditis. Capitulum xlvii

Propter peccatum primi hominis humano generi poena divinitus illata est servitutis, ita ut quibus aspicit non congruere libertatem, his misericordius irroget servitutem. Et licet peccatum humanae originis per baptismi gratiam cunctis fidelibus dimissum sit, tamen aequus Deus ideo discrevit hominibus vitam, alios servos constituens, alios dominos, ut licentia male agendi servorum potestate dominantium restringatur. [decimi ...] Nam si omnes sine metu fuissent, quis esset qui a malis quempiam cohiberet? Inde et in gentibus reges principesque electi sunt, ut terrore suo populos a malo coercerent atque ad recte vivendum legibus subderent. Quantum attinet ad rationem, non est acceptio personarum apud Deum, qui mundi elegit ignobilia et contemptibilia, et quae non sunt ut ea quae sunt destrueret, ne glorietur omnis caro, id est carnalis potentia, coram illo. Unus enim Dominus aequaliter et dominis fert consultum et servis. Melior est enim subiecta servitus quam elata libertas. Multi enim inveniuntur Deo libere servientes sub dominis constituti flagitiosis, qui etsi subiecti sunt illis corpore, praelati tamen sunt mente.

De praelatis. Capitulum xlviii

Vir iustus aut ab omni potestate saeculari removetur, aut si aliqua cingitur, sub illa non curvatur, ut superbus tumeat, sed eam ita sibi subicit, ut humilior innotescat. Probat hoc apostolico exemplo, qui data sibi potestate etiam usus est ad hoc quod licebat, sed Deo posset uti licentia abstinuit, sicut quasi parvulus in medio eorum quibus praerat. Cum in appetendis honoribus saeculi aut prosperitatibus mundi instanti desudat labore, et hunc inconsultum perit. Qui in appetendis honoribus saeculi aut prosperitatibus mundi, instanti desudat labore, et hic et in futuro perit. Vacuus invenitur a requie, tanto quam est praecinis peccatorum gravatus, quanto a bonis operibus alienus. Quanto quisque apud homines saecularis honoris dignitate sublimatur, tanto gravioribus curarum aggravatur, eo quam magis mente et cogitatione subiectus, quibus sublimitatis gradu praeponitur. Nam ut quidam pater ait: Omne quod supereminet plus maeroribus afficitur quam honoribus gaudet. Quanto quisque curis mundi maioribus occupatur, tanto facilioribus vitiis premitur. Enim cum vix valet aliqua peccata devitare quiesque, quanto magis occupatione saeculari devinctus. Non statim utile esse omnis omnem potestatem insigne, sed tunc vere est utile si bene geratur. Tunc autem bene geritur, quando subiectis prodest quibus terreno honore praefertur. Potestas bona est quae Deo donante est, ut malum timore coerceat, non ut temere malum committat. Nihil autem peius quam per potestatem libertate peccandi, ipse nihil quam infelicius male agendi facultate. Qui mundi istius regni gloria ad aeterna transmittit gloriam. Cum vero per bonae temporalis imperat, sed fine in perpetuum regnat, de hoc regno saeculi gloriam ad aeternam transmeat gloriam. Qui vero pravae regnum exercent, post vestem fulgentem et lumen lapillorum nudi et miseri ad inferna torquendi descendunt. [papillare] Reges a recte agendo dicti sunt, et ideo sicut recte faciendo regis nomen accipiunt, ita peccando amittunt.

Ita et viros sanctos proinde reges vocari in sacris eloquiis invenimus, eo quod recte agant sensusque proprios bene regant et motus resistentes sibi rationabili discretione componant. Recte igitur illi reges vocantur qui tam semetipsos quam subditos bene regendo modificare noverunt. Quidam ipsum nomen regiminis vel dignitatis ad immanitatem crudelitatis convertunt, et dum ad culmen venerint honoris, in apostasiam confestim labuntur; tanto quoque tumore se extollunt ut cunctos subditos in sui comparatione despiciant, eos quoque quibus preesse contigit non agnoscant. Quibus congrue per Ecclesiasticum dicitur: Ducem te constituerunt, noli extolli, sed esto in illis quasi unus ex illis. Dum mundi reges sublimiores se ceteris sentiunt, mortales tamen se esse agnoscunt, nec regni gloriam qua in hoc seculo sublimantur agnoscant, sed opus quod secum ad inferos deportent attendant. Si ergo carebunt huius temporis gloria, illa agant que post finem sine fine possideant. Dum apostolus dicat: Non est potestas nisi a Deo, quomodo Dominus per prophetam de quibusdam potestatibus dicat: Ipsi regnaverunt, sed non ex me; quasi diceret: non me propitio, sed irato. Unde et infra per eundem prophetam dicit: Dabo inquit tibi regem in furore meo. Quo manifestius elucet bonam malamque potestatem a Deo ordinari, sed bonam propitio, malam irato. Reges quando boni sunt muneris esse Dei; quando vero mali, sceleris esse populi. Secundum enim meritum plebium disponitur vita rectorum, testante Iob: Qui regnare facit ypocritam propter peccata populi. Irascente enim Deo talem rectorem populi suscipiunt qualem pro peccato merentur. Nonnumquam pro malicia plebis etiam reges mutantur, et qui ante videbantur boni accepto regno fiunt iniqui.

De iusticia principum. Capitulum xlix.

Qui recte utitur regni potestate, ita se prestare per omnibus debet ut quanto magis celsitudine honoris claret, tanto semetipsum mente humiliet, proponens sibi exemplum humilitatis David, qui de suis meritis non tumuit, sed humiliter sese deiciens dixit: Vilis incedam, et vilis apparebo ante Deum qui elegit me. Qui recte utitur regni potestate formam iusticie factis magis quam verbis instituit. Iste nulla prosperitate erigitur, nulla adversitate turbatur, non innititur propriis viribus, nec a Domino recedit cor eius. Regni fastigio humili presidet animo. Non eum delectat iniquitas, non inflammat cupiditas, sine defraudatione alicuius ex paupere divitem facit, et quod iusta potestate a populis extorquere poterat sepe misericordi clementia donat. Dedit Deus principibus presulatum pro regimine populorum; illis eos preesse voluit cum quibus eis una est nascendi moriendique condicio. Prodesse enim debet principatus populis, non nocere; nec dominando premere, sed condescendendo consulere, ut vere utile sit hoc potestatis insigne et dono Dei utantur pro tuitione membrorum Christi. Membra quippe Christi sunt fideles populi, quos dum potestate quam accipiunt optime regunt, bona utique vicissitudine Deo largitori restituunt. Bonus rex facilius ad iusticiam a delicto regreditur quam de iusticia ad delictum transfertur, ut noveris hunc esse casum, illud propositum. In proposito eius esse debet numquam egredi a veritate; quod si casu titubare contigerit, mox resurgere.

De paciencia principum. Capitulum quinquagesimum. C. l.

Plerumque princeps iustus etiam malorum errores dissimulare novit, non quod iniquitati eorum consentiat, sed quod aptum correctionis tempus expectet, quo eorum vicia vel emendare valeat vel punire. Multi adversus principes coniurationis crimine deteguntur, sed probans volens Deus clemenciam principum illos male cogitare permittit, istos non deserit. De illorum malo isti bene faciunt, dum culpas quas illi agunt isti mira paciencia indulgent. Reddere malum pro malo vicissitudo iusticie est. Sed qui clemenciam addit iusticie non malum pro malo culpatis reddit, sed bonum pro malis offensis impertit.

De delictis principum sive exemplis. Capitulum li.

Difficile est principem regredi ad melius si viciis fuerit implicatus. Populi enim peccantes iudicem metuunt et a malo suo legibus coercentur; reges autem nisi solo Dei timore metuque gehenne coerceantur, libere in preceps proruunt et per abruptum licencie in omne facinus viciorum dilabuntur. Quanto quisque in superiori constitutus loco, tanto in maiori versatur periculo, et quanto splendore honoris celsior quisque est, tanto si delinquit peccato maiori obnoxius est. Potentes enim potenter tormenta paciuntur. Cui enim plus committitur, plus ab eo exigitur, etiam cum usura penarum. Reges vitam subditorum facile exemplis suis vel edificant vel subvertunt. Ideo quod principem non oportet delinquere, ne formam peccandi faciat peccati eius impunita licencia. Nam rex qui ruit in vicijs, subiectis abrupta ostendit erroris, sicut legitur de Ieroboam qui peccavit et peccare fecit filios Israel. Illi namque ascribitur quicquid exemplo eius a subditis perpetratur. Sic nonnulli bonorum subditorum principum Deo placita facta fecerunt, ita facile multi prava eorum exempla sectantur. Plerique autem eorum apud iniquos principes non tam magis quam voto mali existunt, dum impiis eorum obediunt. Nonnulli autem sicut prompti sunt sequi reges in malum, ita pigri sunt eos imitari in bonum. Sepe unde mali reges peccant, inde boni iustificantur, dum precedencium cupiditatem et maliciam corrigunt. Nam revera peccatis eorum communicant si quod illi diripuerunt retentent isti. Cuius enim peccatum quisque sequitur, necesse est ut eius penam sequatur. Neque enim impar supplicio tenetur cuius quisque est in vicio.

Iustum est principem legibus obtemperare suis.

Quod principes legibus teneantur. Capitulum lii.

Tunc enim iura sua ab omnibus custodienda existimet quando et ipse illis reverentiam prebet. Principes teneri legibus suis nec in se posse damnare iura que in subditis constituunt. Iusta est enim vocis eorum auctoritas si quod populis prohibent sibi licere non patiantur. Sub religionis disciplina potestates seculi subiecte sunt et quamvis culmine regni sint preediti vinculo tamen fidei tenentur astricti ut et fidem Christi suis legibus predicent et ipsam fidei predicationem bonis moribus conservent.

De potestate principum in ecclesia. Capitulum liii.

Principes seculi nonnumquam intra ecclesiam potestatis adepte culmina tenent ut per eandem potestatem disciplinam ecclesiasticam muniant. Ceterum intra ecclesiam potestates necessarie non essent nisi ut quod non prevalet sacerdos efficere per doctrine sermonem potestas hoc imperet per discipline terrorem. Sepe per regnum terrenum celeste proficit ut qui intra ecclesiam contra fidem et disciplinam ecclesie agunt rigore principum conterantur ipsamque disciplinam quam ecclesie utilitas exercere non prevalet cervicibus superborum potestas principalis imponat et ut venerationem mereatur virtute potestatis efficiat. Cognoscant principes seculi Deo debere se rationem reddere propter ecclesiam quam a Christo tuendam suscipiunt. Nam sive augeatur pax et disciplina ecclesie per fideles principes sive solvatur ille ab eis rationem exigit qui eorum potestati suam ecclesiam credidit.

[marg.: imponat]

De iudicibus. Capitulum liiii.

Ad delictum pertinet principum qui pravos iudices contra voluntatem Dei populis fidelibus preferunt. Nam sicut populi delictum est quando principes mali sunt sic principis est peccatum quando iudices iniquos constituit. Bonus iudex sicut nocere civibus nescit ita prodesse omnibus novit. Aliis enim prestat censuram iustitie aliis bonitatem qui iudicia sine acceptione personarum suscipit. Non insinuat iustitiam avaritie flamma nec studet auferre alteri quod cupiat sibi. Boni iudices iustitiam ob solam obtinendam salutem eternam suscipiunt. Nec etiam muneribus acceptis distribuunt ut dum de iusto iudicio temporalia lucra non appetunt premio eterno ditentur. Omnis qui recte iudicat stateram in manu gestat in utroque penso iustitiam et misericordiam portat. Per iustitiam premit peccati sententiam, per misericordiam temperat peccati penam ut iusto libramine quedam per equitatem corrigat quedam vero per miserationem indulgeat. Qui Dei iudicia oculis suis proponit semper timens tremensque in omni negocio reformidat ne de iustitie tramite devians cadat et unde non iustificatur inde post[marg.: modo] ¶ adepuet.

De stultis et improbis iudicibus. Capitulum lv.

Neminem stultorum vel improbum oportet iudicem esse. Nam stultus per ignaviam ignorat iustitiam, improbus autem per cupiditatem corrumpit ipsam quam didicerat veritatem. Gravius lacerantur a pravis iudicibus pauperes quam a crudelissimis hostibus. Nullus enim predo tam cupidus in alienis quam iudex iniquus in suis. Latrones districtis faucibus ac latebrosis latentes insidias ponunt, isti palam avaritia rapacitatis seviunt. Hostes in alienorum sanguine tantum intendunt; iudices mali quasi crudelissimi carnifices tamen oppressione sua subiectorum vitam extinguunt. Cum enim destruunt multa sunt. Plerique boni iudices sunt sed iniustos raptores habent ministros qui populos legum moderamine regant. Ipsi quidem quadam specie formantur sed capitibus horum figura ut aut quedam tamquam stella pingitur atque describitur. Non aliter quibusdam potestatibus accidit ut ipsorum inanitate caninis acuta et cruentata fert. Sepe iudices pravi cupiditatis causa aut differunt aut pervertunt iudicia nec iniquorum spacium perturbet, nec finiunt cepta iudicia quousque marsupia eorum qui causantur exhauriant. Quando iudicant non causam sed dona eorum considerant. Et sicut negligentes sunt in discussione causarum sic in eorum rapinis soliciti sunt. Iudices pravi in mora sederant. Hoc est quod ait: Lupi vespere non relinquunt in mane. Hoc est de presentis vite comodo tantum cogitant non de futuris. Et bene ait quod lupi, quia cuncta more luporum et vivo pauca [?] vita enim ista vespere, futura vero mane accipitur. Pauperibus delinquunt.

De verbosis et iracundis iudicibus. Capitulum lvi.

Verbosi iudices et elati ut sapientes videantur non discutiunt causas sed assentiunt, sic quod conturbant iudicii ordinem. Dum non contenti suo officio aliena presumunt. Crudeliter dum iudicare incipiunt irascuntur. Cum enim iudicium in furore incidunt, de quibus recte per prophetam dicitur: Qui convertunt in furore iudicium. Iudicii ipsam quem iudicii suam in insaniam vertunt, ipsam quam agnoscat. Furor in iudice investigationem iustam iudicat, in furore iudicium mutat et ante prefert sua quam agnoscat. Iracundis iudicibus veri non valet attingere quia mens eius turbata furore ab scrutatione alienatur iustitie. Tum autem repulso furore discutit, facilius iudicii examine tolerari non valet quia caligine furoris non videt. Et ad equitatis intelligentiam perveniunt ad cognoscendam veritatem mentis serenitate consurgit et sine ulla perturbatione.

De acceptione personarum. Capitulum lvii.

Non est in iudicio persona discutienda sed causa. Scriptum est enim: Non accipias personam in iudicio. Et iterum: Non misereberis pauperis in iudicio. Cum enim eorum sepe ut non sunt in sanguinitatis vel amicitie favore sine inimicitiarum odio iudicium pervertunt, in ipsum qui est iustitia et veritas peccant non solum. Iniqui iudices errant in veritate sine dum intendunt in qualitatem persone et conlocant. Cum autem personarum recte studet nec palpare partem novit nec sepe iustos dum impie defendunt iniquos. Cum autem propterea a iustitia deducit.

De muneribus. Capitulum quinquagesimum octavum 3 libri ysidori. lviii.

Qui recte iudicat et premium inde remunerationis exspectat fraudem in Deum perpetrat quia iustitiam quam gratis impertire debuit acceptione pecunie vendit. Bono male utuntur qui iuste pro temporali lucro iudicant.

Tales ad veritatem non iusticie defensio sed amor premii provocat. Quibus si spes nummi subtrahitur, confestim a iusticie de-
fensione recedunt. Acceptio munerum prevaricatio veritatis est. Unde et pro iusto dicitur: Qui excutit manus suas ab omni
munere, in excelsis habitabit. Dives muneribus cito corrumpit iudicem; pauper autem non habet quod offerat. Non solum audiri con-
temnitur, sed etiam contra veritatem opprimitur. Cito violatur auro iusticia, nullamque reus pertimescit culpam quam redimere nummis
confidit. Plus enim obtinet mentem censoris amor lucri quam equitas iudicii. Tres sunt munerum acceptiones
quibus iusticiam humana vanitas mutat, scilicet favor amicorum, adulacio laudis et corporalis acceptio muneris.
Facilius autem putatur accipi a iudicibus res corporalis munere quam gratie laudis et favore. Quatuor modis humanum iudicium
pervertitur: timore, cupiditate, odio et amore. Timore dum metu alicuius potestatis veritatem loqui pavescimus. Cupiditate
dum premio alicuius muneris corrumpimur. Odio dum contra quemlibet adversarii molimur. Amore dum amico vel propinquis
prestare contendimus. His quatuor causis sepe equitas violatur, sepe innocentia leditur.

De testibus Capitulum lix. 49

Et si mendacium grave dicitur, quanto magis si venale queratur. Neque enim decent contemptum florum si tum precia (?)
sit minorum. Testis falsidicus tribus est personis obnoxius: primo Deo quem periurando contempnit, secundo iudici
quem mentiendo fallit, postremo innocenti quem falso testimonio ledit. Testibus falsis convictis tandem mendacii falsitas
reperitur. Qui si separati fuerint, contraria indicantes cito manifestantur. Nam sicut in unitate pravorum grandis est fortitudo,
ita in separatione maior infirmitas. Fraudulentia cito deprehendit mendacium falsidicorum cum testimonium testium
sibi non convenit. Unius pene criminis sunt et qui falsitatem promit et qui supprimit veritatem, quia et ille obesse vult et iste
prodesse non vult. Peior autem est testis qui ledit quam qui prestare non vult. Nam ille malignus est, iste inutilis. Uterque (?)
testis quamvis sua falsitate veritatem corrumpat, rebus quam impediat ac tamen vel dampnum confert. Erit autem ille apud
Deum condempnatus qui adversus innocentem falsum testimonium vel dicit vel dicentibus credit. Nam non solum ille reus est
qui falsum de aliquo profert, sed et is qui cito aurem criminibus prebet. Qui metu potestatis veritatem occultat, iracundiam
super se celitus provocat, quia plus pertimescit hominem quam divinam trepidat indignationem. Verus cum testimonio innocens
a sceleris obiectu purgatur; impius cum proditione etiam innocentem perimit. Neque enim decet pecunia (?) morti ob-
noxium prodere et ad effundendum sanguinem infelicem vocem testificationis prebere. Primo enim iusti homines tunc ad iusticiam
debet esse salutis. Fiet enim indignationis et tribulationis et immissionis per angelos malos.

De causidicis C. lx

Negotiorum forensium sectatores propter proximi dilectionem (?) prestare negotium deserere debent, aut certe manente
proximi caritate negotium sequantur terrenum. Sed quia periculosum est ut inter iurgantes caritas maneat,
postponenda est rei causatio ut permaneat dilectio. Antiqui forensium eloquentiam caninam facundiam nuncupabant,
eo quod causidici in certaminibus causarum obmissis que aguntur velut canes alterutrum se lacerant. Miseri quod causarum sese
ad iniurias suas commutant.

De oppressoribus pauperum Capitulum sexagesimum primum tercii libri C. lxi

Pauperum oppressores tunc se sciant graviori dignos sententia, quando prevaluerint hiis quibus nocere voluerint. Nam
tanto atrocius in futuro supplicio condempnandi sunt, quanto hic fortius contra miserorum vitam invaluerunt. Au-
diant iudices et qui presunt populis, quia pro temporalibus molestiis quas plebibus ingerunt eterno incendio cremabuntur,
testante Domino per Ysaiam prophetam: Iratus sum super populum meum et dedi eos in manu tua. Non posuisti eis
misericordias; aggravasti iugum tuum valde. Descende in pulverem, sede tace et intra in tenebras. Veniet super
te malum et nescies unde ortum est, et irruet super te calamitas quam non poteris expiare. Veniet super te
repente miseria quam nescis. Magis de malefacientibus quam de mala pacientibus debemus dolere. Illi enim ma-
la faciendo in malum proficiunt, isti paciendo a malo corriguntur. Deus autem per malas voluntates aliorum in aliis
multa operatur bona. Malignantium hominum voluntas nequaquam posset impleri nisi Deus dedisset potestatem. Nam dum
homines Deo permittente malum quod concupiscunt perficiunt, ipse dicitur facere quod permittit. Unde est quod scriptum est per
prophetam: Si erit malum in civitate quod Dominus non fecit. Unde quod iniqui malum ex voluntate concipiunt, ideo Deus
perficiendi dat potestatem pro sua bona voluntate, quia de eorum malo ipse multa bona operatur. Occulta tamen Dei vo-
luntati resistunt nescientes Dei consilium faciunt. Quo noverint sic Deo subiecta esse omnia ut et ipsi qui eius
dispensationi adversantur eius impleant voluntatem. Propterea in hac vita boni iudicantur a malis, ut illic in illa
vita mali iudicentur a bonis. Sunt etiam ut sit hic bonis temporalis afflictio et illic eterna retributio. Ideo
necessarii sunt mali ut quociens boni offendunt flagellentur ab ipsis malis. Hinc est quod Assur virgam furoris
sui testatur Dominus. Sed quociens ita fit, de Dei indignatione procedit ut Deus per illos in eos seviat quos fla-
gellando emendare desiderat, sed illa iustissima voluntate, illi vero sepe crudeli intentione, sicut propheta

dicat de eorum casu. Ipse autem non arbitretur sed ad contemptum patiendi est cor eius. Atrocem furorem super eos dominum quod serviant futurorum qui constituit persecutores et violenti fidelibus. Consolando enim per prophetam deus suos ita iudicare promittit adversus eos inquit qui iudicaverint te ego iudicabo et cibabo hostes tuos carnibus suis et quasi musto sanguine suo inebriabuntur. Habet atque usum et malorum iniquitas quod electos dei suis morsibus laniant. *als morsibus lacerant* ac per hoc vita impiorum sibi deperit, iustorum autem non perit sed sibi proficit, dum eos mali per tribulationes conterunt ad presentem vitam odiendo et futuram desiderandam erudiant. Interdum enim prodest pravorum perversitas utilitati iustorum dum eos malicia erudiunt et ad regna celorum requirenda molestia temporali impellunt. Probatur hoc exemplo israhelitice plebis que dum durius angebatur in egipto quam oportebat cor per moysen ad terram promissionis vocari et quod malis que in egipto patiebantur discedere et ad promisse patrie festinare. Iniqui autem dum constanciam iusti in persecutionibus aspiciunt mentis sue confusione tabescunt, et dum perversa intendant ut vincunt tandem de sue perversitatis insania confunduntur. Stulti contra bonos studium operis assumunt quibus dum prosperitas elucet iactant de suis meritis gloriantur et bonorum atque iustorum afflictionibus detrahunt, dum quod eis adversa contigerint mox ad blasphemiam pusillanimitate accenduntur. Eruditi simplicium nescientes dispensacionem dei in malorum prosperitatibus scandalisantur contestans propheta: Quare via impiorum prosperatur, bene est omnibus qui prevaricantur et inique agunt. Cum ergo hec dicunt non mirentur quod pravorum honorem temporale et caducum aspiciunt feliciter, si magis novissima eorum attendant quia eos post hec etiam supplicia sperant, teste propheta: Ducunt in bonis dies suos et subito ad inferna descendunt.

¶ De tribulatione iustorum Capitulum lxvj.

Iustus in adversis probari se cognoscit non deici. Viri sancti plus formidant prospera quam adversa quia dei[…] suos prospera deiciunt, adversa vero erudiunt. Ideo quod sancti viri constanciam ita portare debent ut adversa frangere non queant. Tunc enim magis sunt oculi domini super iustos quando eos ab iniquis flagellari dimittit. Omnes vite huius prudentia puniuntur. Nam tunc eis gaudia disponuntur etiam dum per tribulationes probantur. Propterea si quid in hac vita accidit tribulationis non stat sed celeriter tribulationes aquis comparantur preterfluentibus. Qui mala omnia vite presentis equanimiter portat quod ea illius tuerit. Cum vite future premia diligenter recogitat, mala omnia vite presentis equanimiter portat quod eo illius dulcedine huius amaritudinem temperat et quod eternitate illius brevitatem huius despicit transitoriam. Gravati diversorum malo temporali pro eorum utilitate est qui vite huius mala perferunt quod dum in dolore gravantur cupiditatis et luxurie viciorum et ceterorum mala non appetunt. Plus prodesse saluti temptationes scilicet quam prosperitates. Nam prosperitate itur in deterius; ex temptatione dolor proficit in melius. Longe quisque ad temptationem animum preparare debet; quamquam enim dum sperat temptatio gravat, durius premit si insperate advenit. Sapientis est contra omnia adversa ante meditari nec venire casus debet que non consilia eius preveniat.

¶ De amatoribus mundi Capitulum lxvij.

Mundi amatores non solum quod eo rei sunt quod infima pro summis appetunt, verum etiam et miseri per hoc quod tam gravi nequicia ad ipsa desiderata perveniunt. Gravius torquentur in primis ad exaggeranda mundi comoda quam in fine tolerando adversa. Cum enim mundi bona diligunt velint nolint timoris et doloris pene succumbit. Qui plus quam oportet res diligunt transitorias maiorem sibi ingerunt res ablate quam amore retinebant possesse. Cum gravi dolore amittuntur que cum magno amore amantur. Quamquam autem carendo dolemus que minus possidendo diligimus. Et sciant scilicet lucri sectatores quantum sunt vana et adversa que diligunt que etiam ut in hoc seculo sine contencione gravi conquiruntur et pro quibus in futuro supplicio penas dabunt. Hiis qui in voluptate seculi desideriorum persistunt bene autem testimonium prophete conveniunt: Dictus factus est effraym quasi panis subcinericius qui non reversatur in alteram obruit veritate secularis amoris ut nunquam resipiscat ad divinum amorem retorqueret mentis. Multis mortuus est mundus ipsi tamen vicissim mundo mortui non sunt. Bona enim seculi diligunt et tamen ipsa que diligunt iudice consequuntur. In utroque vacui quia et futura perdunt et presencia non acquirunt. Egestas electorum quod pregnant a bonis semper primis et in hoc opinio divinitus remorantur. Egestas est reproborum quod studiant viciis et virtutibus vacuantur. Sed qui esse inopes nesciunt. Quod vero probatur per apokalipsim iohannis quam contra huius mundi amatores sic ait: Dicis quod dives sum et locupletes et nullius egeo et nescis quia tu miser es et miserabilis et pauper et cecus et nudus. Obla temporalis sequaces et si nitidi sunt foris fulgore potencie intus tamen vacui sunt elacione superbie. Sicut calami quod quibus quamvis nitet sed intus vacuatur. Ob hoc ergo reprobi quod sunt nitidi ut calamus intus vacui. Electi vero quod corticis arborum sordi intus solidi. Cum pretioso cultu incedunt audiant prophetam quemadmodum detestatur eorum corporalia ornamenta et quos successus habeat cultus compositus et ornatus. Hic per suavem odorem fetorem et per zonam funiculum. Legat prophetam divites quorum spes opulencia est. Audiat quod dicitur: Ve qui opulenti estis. Quo enim quisque minor

potencia est, tanto magis liber a peccato est. Nam proximum grandis temptacio est. Plus enim venantur homines in hoc seculo per temporali potencia quam per sanctitatis reverentia. Suscipiuntur enim magis qui sunt divites, et qui [pauperes] sunt omnino despiciuntur. Sunt quidam iusti qui sine lesione cuiusquam suis rebus utuntur. Item sunt quidam divites humiles quos non inflat superbia rerum, veluti plerique fuerunt sancti veteris testamenti qui et affluebant diviciis et humilitate pollebant. At contra quosdam divites superbos rerum copia facit elatos, quorum non sunt opes in vicio sed voluntas. Nam crimen in rebus non est [voluptas] sed in usu agentis. Est elacio pauperum quos non divicie elevant et voluntas sola in eis superba est. Hiis et si opes desunt, tamen propter tumorem mentis plus quam superbi divites condempnantur. Ceterum libet esse divitem, pauperem non libet. Et quo erit dives quietus, quem suis stimulis res ipse ne cruciant? Sed faciunt inquietum. Et ideo elegit cupiditas potius inquietum esse et timidum esse divitem, quam securum et parvo sumptu contentum esse et pauperem. Bonis bene utuntur qui divicias sibi concessas in rebus salutaribus perficiunt. Cum autem iuste pro temporali lucro iudicant aut atque bonum per vane glorie appetitum faciunt. Malis male utuntur qui noxias cogitaciones opibus suis perficiunt. Bene malis utuntur qui luxuriam carnis coniugali honestate restringunt. Sed sic malo bene uti bonum est, sic bono bene uti melius est. Et sic bono male uti malum est, sic malo male uti pessimum est.

De amatoribus misericordie. Capitulum lxi

Graviter in deum delinquunt qui divicias concessas a deo non in rebus salutaribus sed in usibus suis utuntur. Nec enim impertiunt pauperibus, oppressis subvenire despiciunt, et inde magis augent delicta unde redimere debuerant. Sic bonum est tunc possessio rerum, si vita reficiat miserorum. Propter hoc temptacio est multorum lucrum. Tanto maiora supplicia habebunt in futuro, quanto et ipsa maiora sunt. Potentes enim potenter tormenta pacientur. Terrena omnia servando amittimus, largiendo servamus. Proximum enim retentum perit, manet autem erogatum. Diu enim cum rebus nostris durare non possumus, quia aut nos illas moriendo deserimus, aut ille nos viventes deserunt. Pro diversitate usus alii de rebus mundanis perpetuum quod cupiditas rapiunt. Alii vero salvantur, dum in arte pulcre conditoris pulcherrima providencia laudata mirantur, vel dum misericordie opus ex eis celestia bona mercantur. Anima enim compaciendo aliene miserie nobilius sortita est. Nullus autem in alio misericors esse potest qui prave vivendo in se misericors non est. Cum enim sibi nequam est, cui bonus est? Nulla scelera elemosinis posse redimi, si in peccatis quisque perseveraverit. Tunc autem fructu elemosinarum indulgencia creditur, qui ab scelerum opere desinit. Verum est quod omnia scelera operibus misericordie conpurgentur, si caveat iam peccare, si misericordiam impertit. Ceterum nulla est delicti venia quam sic precedit misericordia, ut eam sequatur peccatum. Non est elemosina que glorie magis causa quam misericordie impertitur intuitu. Qua enim intencione ab unoquoque largitur, talis et apud deum recipitur. Cum enim de bono opere laudem putem hic appetit, spem perdit et gloriam mercedis in futuro non recipit. Dum enim causa iactancie pauperem pascit, eciam ipsum opus misericordie in peccatum convertit. Tantum autem elemosinarum opera peccata extinguunt atque invitant ad regnum futurum sancti perficiunt, ut eciam iudex celestis in iudicio futuro veniens in dextera consistentibus dicat: Esurivi et dedistis michi manducare, sitivi et dedistis michi bibere, hospes eram et collegistis me, nudus et cooperuistis me. Quibus et promittit deus: Venite benedicti patris mei, percipite paratum vobis regnum. Hiis autem quos nulla precesserunt elemosinarum facta, sicut eterni iudicis voce sic dicitur: Esurivi et non dedistis michi manducare, sitivi et non dedistis michi bibere. Quibus recte dicitur: Discedite a me maledicti in ignem eternum qui paratus est dyabolo et angelis eius. Cum enim hic misericordiam non impertit, illic pietatis fructum non inveniet. Exemplo ardentis divitis, qui in inferno ad tenuissima petenda compulsus est, quia hic tenuissima negare non timuit. Grande verbum subtiliter: quid negari districtius potuit? Guttam aque petiit ardens qui micas negaverat epulans. Tunc dives oculos aperuit, quando Lazarum requiescentem vidit, quem iacentem ante ianuas videre despexit. Non solum qui esurienti et sicienti et nudo beneficium largitatis impendit, vel si aliquid indigenti largitur, sed et qui inimicum diligit et lugenti affectum compassionis et consolacionis impertit, aut quibuslibet necessitatibus consilium adhibet, elemosinam procul dubio facit. Nam et doctrine et discipline bonum elemosina est, et misericordia et elemosine carnali eminentior est. Unusquisque non egens petit; etiam si se indigentem simulet, et toto illi corde compaciendum est. Et licet ille fortasse flagitium [illegible] indigentis speciem preferat, iste tamen qui simpliciter impertit fructum misericordie non amittit. Primus quisque sit egens tribuat egenti, consolacionem inopie pro pondere qui ex precepto salvatoris eciam aque frigide calicem. Nulla unde tribuat egenti. Propterea? indigenti prebe. Nam si aliud non habes, teipsum benigne tribue, et mercede procul dubio non amittimus. Ceterum si amplius possumus et egestatem simulando minus largimur non egentes, sed deum fallimus, cui conscienciam nostram abscondere non possumus. Due sunt elemosine: una corporalis, egenti dare quicquid poteris; altera spiritualis, dimittere a quo lesus fueris. [ul]. Hic ergo quod sibi imputatur et si non penitus, saltem gravia vel contiteri. Harum prima adhibenda est misericordia, secunda malis. Erit ergo quod sibi imputatur et si non penitus, salte gravia vel. Non erit elemosina cum murmuracione prebenda, ne comitante tristicia mercedes pereat dispensata. Tunc autem bene tribuitur, cum mentis hilaritate prebetur. Nam et apostolus: Hilarem datorem diligit deus. Metuendum est itaque ne pauper aut cum tedio nostra oblata suscipiat, aut omnino promissus merens tristis quam recedat. De rapinis

mentis

voluptas

agit

[illegible]

alienis elemosinam facere non est officium miserationis sed emolumentum sceleris. Unde Salomon: Qui offert munus sacrificium de rapina pauperum tanquam si quis victimet filium in conspectu patris sui. Nam qui iniuste tollit nunquam iuste tribuit, nec bene alteri prebet quod ab alio male extorquet. Magnum scelus est res pauperum prestare divitibus et de sumptibus inopum acquirere favores potentum; unde gratia arenti terre aquam tollere et flumina que non indigent irrigare. Nonnunquam largitas divitum prodiga non ad utilitatem sed ad elationem effunditur, comparata ypocritis qui non ad edificationem docent audientium sed ad sue glorie aggerandum cumulum. Reprehensibilis est superflua effusio largitatis. Ita qui supra modum fuerat avarus nulli sed omnibus largus. Dispensator non debet esse prodigus sed discretus; largiri debet quantum oportet, ut tenendo in uno mensuram sufficiat pluribus.

Tantum in hac vita licitum est operari bonum; illic namque non iam operatio computatur. ~~De brevitate huius vite Capitulum lxv.~~

De brevitate huius vite Capitulum lxv.

Tantum in hac vita ... sed retributio meritorum. Sed vita impiis longa et grata est, iustis autem amara et brevis. Et licet ista vita brevis sit, morantibus tamen sibi semper creditur quam quibus brevis sit temporis spatium. Tunc et si venienti parum est, amanti proculdubio longum est. Nam vite presentis longitudinem non de suo spatio sed de cursus fine considerat; quamvis sit brevis et misera, satis utilis est. Nam vite presentis ... brevis est, uno enim augmento perit, dum id quod videtur in futuro pensat. Vita enim presens quia temporis sui momentis deficit brevis est ... quoniam non permanet sed finitur. Tela enim consumatur proficere in proficiendo deficit. Item ex ipso esse presens vita brevis ostenditur ... Quicumque in hac vita vivunt, quanto utique augmentum aut ... detrimentum filius et vita hominis complet diebus singulis ... ad mortem tendit detrimentum. Si longa vita dicatur, sed quo recte dici possit augmentum quod per dimensiones etatum ad mortem tendit ... Non ad istam de qua ad querelam ... tendere vitam per quam Johannes frater ... eternam per quam verbum dei carni est coniunctum. Non ad istam mortalis est. Non omnium hominum in carne ... ne moriatur studiendum; te descendit vita eterna que est vita vitalis; nam ista mortalis est ... De mora vite huius in anima Christo. Ita hic vivit quisque credit ... solum moriens in solo deo vivere delectatur ... tedium patitur iustus ... ad desideratam patriam tandem perveniat et vite presentis erumpnas serius amittat ... cupiat ... volentes ...

De exitu vite Capitulum lxvi.

quod scripserat de laude Castoris et Pollucis et peteret ab hospite suo promissum ei premium, dedit ei hospes dimidium rogans quod ad
residuum peteret a Tyndaridis quos laudaret Et cum Castor et Pollux ut fertur a poeta Simonide vocassent subito ad ostium
surrexit Simonides processit neminem invenit Interim domus corruit convivas obruit et obtinuit Et cum vellet eos humare
nec possent internosci Simonides sic invenit considerans locum in quo quilibet in cena vel convivio sedit Consequenter arte memorie invenit
ordinans quedam ad effigienda et locis propriis collocanda Sed magis debemus esse in hoc grati Simonidi quam Themistocli
ad quem quidam doctus homo atque imprimis eruditus accessisse dicitur et quod artem memorie pollicebatur esse traditurum Cum ille quesisset
quidnam ars illa efficere posset dixisse illum doctorem ut omnia meminisset et Themistoclem respondisse gratius sibi illud esse facturum
si se oblivisci vellet quam si meminisse doceret Actus autem sive usus memorie confert triplex legendo scribendo meditando legendo
submisse scribendo remisse meditando intimisse Nisi enim usus fuerit cum assidua diligentia quantumcumque arte invenitur lan-
guescit memoria Unde Tullius in rethoricis In omni disciplina infirma est artis preceptio sine summa assiduitate exercitationis nec in
memoriis valet doctrina nisi industria studio labore diligentia comprobetur et ut locos habeas ad precepta accomodatos plurimos
ymaginibus collocandis quotidie exercere convenit Et Ambrosius in libro primo de officiis Usus cito inflectit naturam Item in eodem Quis sine
exercitatione doctrina aut sine usu professus quam disciplinam bellicam valet assequi quotidie oportet armis et bellicis in procinctu positus pluditur
prelium et velut coram posito procedit hoste atque previa vires quam iaculandi vel suos explorat lacertos vel adversariorum declinat
ictus et vigilanti cernit obtutu Qui navim in mari regere gubernaculis studet vel remis ducere prius in flumino pluditur Qui
canendi suavitatem et vocis affectant prestantiam prius sensim canendo vocem excitant Et qui viribus corporis legitimo quam luctandi
certamine coronam petunt quotidiano usu palestre durantes membra intendentes patientiam laborantes assuescunt Hec ipsa natura
nos in parvulis docet quod prius sonos meditantur loquendi ut loqui discant Secundum Ambrosium Usus igitur est necessarius et hoc in legendo
submisse et quasi sub silencio Unde Marcianus Nec voce magna legenda sunt sed murmure potius meditanda Usus etiam confert
in scribendo non tamen quotidie sed moderate Nam ut dicit Dyonisius Sunt continue scribere vires corporis frangit ingenium destruit memoriam
confundit Sed aliquid scribere breviter et moderate et usu quotidiano et memoriam adiuvat Unde Augustinus ostendit quod memoria iuvatur libris
Et in secundo libro ad Vincentium Victorem dicit quod quidam scribere negligunt quia de memoria presumunt Et Marcianus Magna exercitatione
hec res labore quam comparatur in qua id observandum competenter ut scribamus ipsi quam facile volumus retinere Deinde vero si longiora
fuerint que sunt ediscenda divisa per partes facilius inherescunt Tunc apponere notas rebus singulis oportebit hiis
que volumus retinere Sed attende quasdam artes que dicuntur notorie a notis que respiciuntur ibidem Vel notorie a notitia quam
inferunt memorie secundum quorundam superstitionem et errorem harum due sunt species maior et minor ambe prohibite ambe dap-
nate Quas cum ego diligentius perscrutarer inveni orationes devotas suffragationes que sicut credo apponebantur
ut alia tectius crederentur Inveni et multa nomina nec greca nec hebrea nec latina quorum non apparet nec scio si adhuc inventa
est intelligentia Aliud est quod ibidem determinato tempore observantur horarum quasi sequatur efficacia pro virtute astrorum Aliud est
quod sunt ibidem innabiles note et protractus quasi ex earum inspectione diversi conveniunt in memoria scientie sive artes Sed quid ad
propositum aut ad oppositum sive sic sive sic sint facta protractio linearum Nec solum artem hanc reprobat theologus immo ge-
tilis philosophus Unde Tullius in rethoricis Cum magis nolumus ab industria quemquam removere ut ne quid ipse faciat tum nos illi omnia
parata quesitaque tradamus preterea scilicet alius alia magis commovetur Quare sibi suo quemque commodo convenit ymagines
comparare Usus etiam in meditando maxime confert memorie Nam meditatio figit cum intentione certa rerum aliqua Est enim medi-
tatio secundum Hugonem frequens cogitatio modum et causam et rationem uniuscuiusque rei investigans Modum quid sit causam quare sit
rationem quomodo sit Vel secundum Richardum Meditatio est studiosa mentis intentio circa aliquid investigandum diligenter insistens Est autem
meditationis triplex species Una in creaturis alia in scripturis tertia in moribus Prima surgit ex admiratione Secunda ex electione
Tertia ex discussione In primo admiratio questionem generat questio investigationem investigatio inventionem Similiter in secunda medita-
tione que fit in electione sic procedit quod lectio ad cognoscendam veritatem magis instruit meditatio incitat ratio sublevat
opera componit contemplatio in ipsa exultat Verbi gratia In scripturis meditatio est quomodo scire oporteat exemplum scriptum
est Declina a malo et fac bonum Ecce lectio Accedit meditatio lectionem investigans quare dixit prius declina a malo
postea et fac bonum Et ratio invenit sublevat quia prius mala germina eradicantur postea bona plantantur et inde opus sequitur
quia sic reus est qui non malum declinat ita et ille qui bonum non facit quod facere debet Postea contemplatio vero gaudet
que veritatem prima cognoscit in rebus ubi veritas a tali mentis apparet De meditatione vero supra dictum est et adhuc infra
dicetur De hoc ad presens sufficiat Modus etiam memorie confert Est autem modus memorie triplex Collectivus divisivus et
exemplorum suppositivus Collectivus in conservando divisivus in enumerando exemplorum suppositivus in recordando Unde Hugo de Sancto
Victore de modo collectionis sic ait Sic ingenium dividendo investigat et invenit ita memoria colligendo custodit
Oportet ergo ut que discendo divisimus commendando memorie colligamus Colligere enim est de quibus prolixius vel scriptum
vel disputatum est ad brevem quandam et compendiosam summam redigere que a maioribus epilogus id est brevis recapitulatio super
dictorum appellatur Habet namque omnis tractatus aliquod principium cui tota rei veritas et vis sive innititur et ad ipsum cuncta

alia referunt hec quere et considerare colligere est unus fons et multi rivuli quod abstractus flumen sequeris tene fontem et
habebis omnia hec ideo dico quia memoria hominis ebes est et brevitate gaudet et si in multa dividitur fit minor in singulis debes
ergo in omni doctrina breve aliquid et certum colligere quod in archa memorie recondatur unde postmodum cum res exigit reliqua dirivetur
hoc etiam sepe replicare et de ventre memorie ad palatum revocare necesse est ne longa intermissione absolvat Modus autem
divisionis est ut sicut dicit Marcianus si longiora fuerint que sunt ediscenda divisa per partes facilius inheserint unde Euche-
riades quod maiorem memoriam adiuvat divisio et compositio Nam memoria veheretur ordo sicut accepimus de Symonide qui
(Tunc hec attende quod non semper eo ordine quo accepta sunt debemus repetere sed oportuno loco disponere Ordo divisio incipit
a sinistris et ad sinistram progreditur Omne enim sinistrum magis est notum et magis fortia comprehensio Modus autem compositionis suppositus
est quem prodit per similitudines Unde Tullius precipit ut qui reminisci voluit multis similitudinibus figuret illud quod voluit retinere
ut si volumus recordari eius quod adversarius nobis in iudicio ymaginem aliquam in obscuro magnis cornibus in medio
cum nos venerit Cornua enim ducunt memoriam in reminiscentiam adversarii et memoria lactis reducitur per albedinem ita
de aliis ut de arte memorie Et Tullius distruit duplices similitudines rerum et verborum rerum quod totum factum sub ymagine proponitur
vel similitudine vel exemplo ad memoriam reducitur ut dictum est de cornibus Et sic natura resuscitatur quadam novitate
et insigni quodam negocio commovetur ita ars eam imitari Nam ymagines vero construere oportet rerum in memoria retinere
Unde sicut dicit Tullius sicut id accidet si quod maiores notitias simul nos constituemus si non multas nec vagas sed quod agentes
ponemus ymagines si egregiam pulcritudinem aut unicam pulcritudinem eis attribuemus si aliquam rem ornabimus ut si coronis
et veste purpurea quod nobis notior sit similitudo aut si qua rem deformabimus turpem aut si cruenta aut ceno ob
litam aut rubrica delibutam inducamus quo magis insignita forma sit aut si ridiculas res aliquas ymaginibus attri-
buamus Nam quas res veles meminerimus facile eas fictas et
litteras Nam ea res quoque faciet ut facilius meminisse possimus Nam quas res veras meminimus facile eas fictas et
diligenter notatas meminisse non difficile est De ymaginibus autem verborum que infinita sunt sicut infinita verba non oportet
hic disserere nec multum approbo libellum quem ad aliquibus legitur et dicitur liber de notis scriptum prestitum ad aliud moneatur
et aliis similitudinibus alia et alia Illa autem est bona memoria ut non tantum sua sed etiam celeri comprehensione res
et verba comprehendatur tunc magis insistendum est rebus quam verbis Unde Eucheriades In omni memoria hec observanda est
ut non tantum eam quam ut cito percipiamus cum pro maiori exercitatio est que quotidie oportet post precentibus deinde
ut non tantum omnium comitemus unum et cito percipiamus cum pro maiori et facilius et fidelius retinemus quod mestitio intenditur vocatur
orationibus nominisse operibus et nocturnis meditationibus quod tunc facilius et fidelius retinemus et statim capiamus quietem et post ad verbum ediscendum
Et post ista cogitationem vel lectionem vel amplius cogitemus et statim capiamus quietem et post ad verbum ediscendum
si tempus permisit si non res ipsas solas tenebimus deinde verba eis accomodabimus ut consuescamus nobis ignoscere nam
et ad motum et cum dictis ad librum respicere vitiosum est si natura memoria durior fuit aut non suffragabitur tempus quod
faciam non te ad omnia verba assignabis Nam oblivio omnis ubi aut deformem hesitationem aut etiam silentium inducet hec
non quod dixi capiamus quietem Unde Bernardus in epistola ad fratres de monte dei dicit Statim in sopitum sit
aliquid defer tecum in memoria vel cogitatione in quo placide dormias quod nonnumquam etiam sompniare iuvet quod etiam
evigilantem te excipiat et in statum hesterne intentionis restituat sic tibi nox sicut dies illuminabitur et nox tua illumi-
natio in deliciis tuis placide obdormies in pace quiesces facile evigilabis et surges facilis et agilis eris
ad redeundum unde non totus discessisti Sobrium enim cibum sobrium quoque potum sequitur sobrius somnus et sompnus
Carnalis vero ille et brutus et sicut dicitur letens abhominandus est servo dei de quo non post congruam quietem facile est
sed et corpus et mentis evocare et quem suos domus prissimilias ad opus nequiam servum suscitare et remittere re-
fici et corpus et mentis evocare et quo suos domus ad opus necessaria suum suscitare et remittere. Sequitur capitulum
hic agitur de homine interio quantum ad primum effectum materiam formam et finem.
Rationem diximus esse tertiam post sensum ingenium et memoriam hec enim ita memorie cohereat quod altera in nobis
sine altera officium suum implere non valet Nam memoria sequentia praeterita et quedam et mentis quedam primi
quod in anima tenemus quinque Homo vero de his omnibus iudicamus nec etiam in nobis memoria recordari potest sine ratione
nec ratio sine memoria potest aliquid discernere sine iudicare Consideremus ergo hominis mirum quoddam iudicium virum Primum
ad invicem considera principium effectum et causam unde prefiarit materiam sine sensum cum inserit formam sive complementum
qua induit sine etiam quo proficitur Primum ad causam efficientem considera unam esse rem perfectam que prestat omni rerum
statum Et est rerum omnium interior quia cum omnia ratione facta sunt effectus omnis sua causa est posterior Nam per mundus factus est ratio fuit
ut fieret mundus prior ergo ratio quam mundus sed ante mundum nichil nisi deus ratio igitur eterna et idem quod deus eternus Nam nec
ratio sine deo fuit nec sine ratione deus esse potuit Et ut dicit Augustinus in epistola ad Euodium Conversio autem autem unicuique
homini ad deum et dei ad hominem patris ad filium filii ad patrem patrem sibi quoddam et mutue consistendi prestant quod alterum
sine altero esse non potest deficit in verbis et quodcumque dicitur ne placeat utrum aut germen hominis deum dicam an dei germen
hominem quia nec fructus sine radice esse potest nec radix sine fructu aliud dulcitudo sit ducta ut quoddam intelligentie de deo
pingitur Vivit enim et in germine tritici ratio fecunditas quo sterile non sinit esse sed unum sit germen tritici non esse

ex qua re ista pducet. vo no hret Cu g racio q deus est aut ordat deu coni aut conect esse deu, vnu quoddo altiu ordeus
no ordit nisi p filiu pr, ut filius ordit nisi p prem. Ab hac go coite etia vo pfastit et huane sine intellectuali menti insit.
Na conali spu vis gemina est concessa ab eo qui est racio etia, racio s qua discernat et affectio qua diligat, racio ad veritate
affectio ad virtute. Ex coie oriunt consilia recta, ex affectione desideria sca, ex illa ois vitas et spuales sensus, ex hac omis
virtus et ordinati affectus. Hec at est qui vo luce sume sapie illustrat et affectio regule sume iusticie coaptat et p
studiu sapie frequent inducit. Cui ad opacion iusticie et lya iacob supponit. Su rachel in cubili esse sperat. Nam ut
gr i lo de xij patriarchis In cubiclo rachel tocies querit quocies in lectione sacra spualis intelligencia indagat
Si ergo ad sublimia penetranda no sufficimus, siu cupita diligent quesita rachel nodu invenimus et tunc geme
et plange nos necessitate maxima cogit p rachele lyam ducim. Sic go coi a coie pfecta vo et mens conali insita p
cognicoe intuit et ut sciam acquirat in multis et variis comparat. Est em vo sm Augm aspectus aie quo p seipm
no p corpus verum intuet. Racionacio vo est racionis inquisicio. Hec est aspectus eius motio p ea que aspicienda sunt racioci-
nat, racio inveniat. Aspectus hic in aqua rem colectu cu eam vidz, scia cu no videt, hoc est ignorancia. Et licz
multa discamus legendo, multa audiendo, multa ex insito nobis racionis iudicio, nunq tn racionis pfeccionem que in ra
discrecione consistit possimus obtinere sine experiencie magistro. Sic em singlis virtutibus pythagoras studiu freques
impendere. Qd dum faciunt necesse est nos sepius cadere et ex sepe resurgere et p frequente lapsu addiscere qua vigilancia
qua cautela oporteat virtutu bona acquirere vel custodire. Sic in coie dum lux veritatis vel felicitatis fumus in eadem
facula suas vices alternat, mentem conale ad veritatis et sapie luce illuminant. Proficiat go racio tandem qui exercitata
ante et vegetata in cognicoe veri cati pducit ad plena cognicionem sui et inde sublevat ad contemplacionem dei.
Extunc eam cordis oculu erigit ad videndu deu qui nodu est ydoneus ad videndu et cognoscendu seipm. Et qd
satis mirabile videt, ubi moritur et occubit racio ibi pficitur. Qr cu mens hois sup seipm rapit, omis huane
racionis angustias supgreditur. Ad illud em qd sup se elevata et in extasi rapta de divini luce conspicat
ois huana ro succubit. Hac huane racionis pfeccionem Dyonisius aut defectu in raptu sensisse p experiencia credo
aplm. No em estimat huana ro ad illius divini luminis claritatem argumentando posse penetrare, no racionacione
posse comprehendere. Si em aliqua racionacoe comprehendi posset, lucem illud inaccessibile no esset, ut aplus raptu se
diceret. Hic agit de exercicio racionis discurrendo per creaturarum condicionem. etc.

Racionis g exercicium videas. Exercetur at racio de cognicione ad cognicionem varie discurrendo, si caute pcaveat est ppt
curiositatem que pcedit in obviam que de rerum cognicione nil aliud querit nisi leticia aut iactancia. Na
in via veritatis fantasmata mira occurrunt et qi fures insidiantes nos transire no sinunt, si racioni plagas errorum
infligunt et volutatos in loca latebrosa et obscura pvolunt. Aug go fame et siti curiositatis ostitantem et
inanibus fantasmatibus estuantem tanq pictis epulis resici saturari ex volentem pastumq solida veritate qua
sapia vel scia certa hri no pt nisi sit rerum que sunt eodem modo se hntes et eterne aut p mediu infallibile. Exercet
racio diversis hominu circa diversis studiis. Alii lingua informant elementa figurant, verborum inflexiones, compones
diversos audiunt, consernunt, repetunt, modant et confirmant. Alii sciencie studio disputacionibus vacant et quibusdam
verborum invencionibus socios implicant et destandant. Alii verborum falsos intores sermonis demirunt. Alii circa spera-
cia et diversarum mensurarum complicant formas. Alii sonorum diversas pferunt melodias. Alii motus, alii mores potens
contemplantur. Alii cursus et posiciones siderum et cursos celi quibusdam instru declarare conantur. In hiis omnibus
diversa est forma discendi. Et pt racio quoq utilit quoq inutilit exercere, que tn incauti indulgent etati.
Alioqui laqueus est iuxta quem sub ymagine veritatis latet occultus. Occultus est em qui fons veritatis spem ordt
et intus venenu falsitatis effundit. Sic imprudentes multi pcurant et inutili labore naturas rerum inquirunt, auctorem
vo suum et naturarum omnium artificem nesciunt et tum querere negligunt ex quo deo vitas valeat invenire, quos videmus
ex semetipsos abducere ut dum ad alia cognoscenda que ad rem no ptinet curiosius evagantur, ad se nunc redeunt.
Sic em solent aves capi quibus in tenebris noctis lumen ordit lumine qd intuentur et sperant hinc laqueus quo
capiantur. Quid em pdest homini si rerum omnium naturas subtiliter investiget, efficacit comprehendat, ipse aut unde
venit aut quo iturus sit, animo no consideret, no caveat, no attendat. Exerce g racio et discurre salubrit p
creaturarum condicionem, concite huilit in tua consideracione. Erige subtiliter in creaturis tu contemplacionem exercere, pervenit in
sapie delectacionem. Discurre g p creaturarum condicionem, attendes earum esse primum, deinde in eis bonificium, debitum et
impensum ministerium. Tunc deprecacionis obsequium. Esse ordit primum in vanitate, qr sic ois creatura est de nichilo ita
in nichilum eam tendere cernimus p quotidianam immutacionem. Deinde vo bonificiu in creaturis ordet quo ex eis nunc
divinum vestigium ymago et similitudo sm creaturarum gradus reperit. Debitum ministeriu creatura impendit, dum

a celo lux et temporum vicissitudines ab aere vitalis status quam volatilium ab aqua potum diversitas / a terra diversa vegetabilia
ministrantur / humane vero dampnacionis surgit obprobrium cum per creaturas que facte sunt nobis ad usum / invitamur ad libidines
argumentum confunditur humilitatem in tua consideratione quia si ignoras te o pulcherrima mulierum actum est de te egredere et pasce edos tuos
et similem assume brutorum conditionem vero in requie tua et invenies sapienciam te docentem claustrales spirituales et invenies
dominum non in multitudine nec vel hominum frequentia loqui solitum sed in campis in solitudinibus in montibus in sompnis et per noctis
silencium. Et licet propter salutem multis se modo manifestavit / tum quod dicebat in tenebris quod in auribus audiebant dixit
predicari in lumine et super tecta precepit / legem accepit moyses in solitudine / loquitur tum deus in modo quo per duos homines
ad secretum vocat / ipsam ammonens ut se in se recolligat et se ipsam attendat. Ita ad archam columba redit. Corvus ergo
dicens vel aquis intercipitur vel cadaveribus infestatur ubi dyna girovaga violatur. Erige subtilitatem in creaturis tu contemplans
nullum est enim utilius spacium aut dignius rerum quam in eo quod melius et certius permanet operari. Hoc est sola sapiencia que permanet
menti qua nichil est dignius ad querendum dulcius ad inveniendum utilius ad habendum. Ab ipsa enim et ad ipsam condita est humana
racio ut ad ipsam sit mentis conversio sicut ymago in illud cuius est ymago. Sic enim corpus naturali suo statu erigitur in celum
quod dignissimum est omni corpori / sic vero spiritualis erigatur in spiritum meditatio non superbe sapiendo sed pie diligendo. Et licet sub
tiliter tum sobrie cognoscendo / et tanto validioribus quo rariorum studiis quanto altior est ad quam intenditur sublimitas maiestatis
(Illud spacium amat silencium. Bona consciencia non turbata virtutum radices non verborum flores verba dulcia ardencia
et devota et pacifica humilia humilibus consciencia non cavillatoria non disputatoria non garrula non nugigerula
non verbosa non contenciosa non curiosa non ampullosa. Hoc est racio que a deo cum appropiat mentem illuminat et sapiens a
sapiencia fit et ymago ymagini conformatur. Sic enim est condita racio humana ut in ea tanquam in speculo quodam suo dei
sapiencia reluceret / et que in se videri non poterat / in sua ymagine visibilis appareat. Sed per peccatum primi parentis pulvis
superiectus est per racione humane et ignorancie caligo offusa lumine intercepit sapiencie. Inde est quod postquam domus
dei legitur edificata columnam impleverit aeris nebula que tunc dissolvitur quando veritas manifestatur ignorancia pellitur
mens illuminatur et in dei contemplacionem assurgit. Ex hoc precipue sumunt sapiencie delicias. Hoc est racionis operacio in qua multum
reficitur gaudio cum affectus reficit devocio et intellectum contemplacio. Unde dico reficit / quasi quadam prelibatoria et dis
pensatoria dulcedine / sed non perfecte saciat ut spe ad speciem contemplacionis sicut erit in eternitate quia magna multitudo
dulcedinis quam abscondisti timentibus te / hanc tum gustamus ad prius sed rara hora et parva mora. Sed cur hanc de
lectacionem continuare non possumus cum illud in quo mens appetitus rapitur et cum nondum fastidio operatur et magis conti
etc. Sed certe sapiencia proporcionatur homini et quia comprehensorum sunt premia nostri cognoscunt viatori. Et inde quando ad
illud quod numquam sufficimus ipsum nunc continuare possumus. Ad illam vero contemplacionem quo qua tanta dulcedo sequitur
illud quod nunc sufficimus ipsum nunc continuare possumus et ad ea a maiore simplici removetur
nunc possumus quo nobis sicut nunc vespertilionis oculus ad lumen solis et inde quod a maiore simplici removetur
quod est compositum maiore quare hoc cito labitur ad yma quo simplicia contemplacione. Inde est ut puto quod nostra natura simplex
vel ad simplicem reducta sicut est angelica continue contemplatur contra delectatur quia eius operacio non motum vel lassi
tudinem admiscetur. Sed vero natura composita sicut est humana coniungitur operacio motum vel qui est in potencia operante sicut est
in operibus sensuum aut que est in procedentibus potenciis / sicut operacioni racionis et intellectus adiungitur motus ymaginative
et memorie et aliarum virium sensitivarum. Et quia corporalis motus dissolvit et per consequens debilitat organa non continue sentimus
aut racione movemur aut intelligimus aut contemplamur aut delectamur. Et sic racionis iudicium hoc est naturale iudicatorium

actionis iudicium attendentes comparandis in racione iudicatorium naturale / ad quod ipsa veritate distinguendo distinguit

ad quod ipsa veritate scribendo distinguendo recurrit recurrendo leges eternas ibidem consulit consulendo continuando quo
est est neque fallitur neque fallit et inde per cognicionem ad operacionem descendit. Naturale ergo iudicatorium institutum est racioni ad
quod hec recurrere cum quo variis sensibus fantasmata se offerunt fantasie. Hoc est lumen per quod intellectus naturaliter certa cognoscit
sabilia discernit in quo sciencia prima describuntur unde dignitatibus facultatum auditis facultas acquiescit. Nichil enim
sapientissimus medicus in nobis sit medius moderacione sed patitur quia et hoc regis iudicium diligit / Hic est medius integer
incorruptus in mente residens equitatis sentencia recta et indeclinabilis tenens in quantum racionibus eternis innititur
et leges eternas regulas intuetur. Ergo racio recurrendo ad iudicium naturale legem eternam consulit per quam immutabilia de
mutabilibus distinguit. Mens enim nostra est mutabilis. Hoc autem lex eterna que supra mentem est nostram in qua est omnium
certarum veritatum immutabilitas non hec error de qua augustinus in libro de vera religione. Eternam legem mutare nullus potest est cogno
scere iudicare. Quia racio non est potestas sed per eam contingit iudicare. Nam iudicans superior est superior iudicato cuius iudicio quam
vide desperat augustinus de vera religione libro xiii° confessionum legat et in xi de civitate dei capitulo 2 et xi et 26 precipue ostenditur quo 76
76 eterna veritas ardue consulitur vero 26 capitulo confessionum libri decimi quod bruta lucem illam incorpoream contingere nequeunt qua
mens nostra quodam modo radiatur ut de hiis omnibus recte iudicare possit. Nam magis in ea capimus itaque id possumus

Verum est in sensibus irrationalium aliquid et si scientia nullo modo, certe quaedam scientiae similitudo. Cetera autem rerum corporalium non quia sentiunt sed quia sentiuntur
sensibilia nuncupata sunt. quorum in arbustis hoc simile est sensibus quod aluntur et gignuntur. Verum tamen et haec omnia corporalia latentes in
natura causas habent, sed formas suas quibus mundi huius visibilis structura formosa est sentiendas sensibus praebent ut pro eo quod nosse
non possunt quasi innotescere velle videantur. Sed nos ea sensu corporis ita capimus ut de his non sensu corporis iudicemus. Habemus enim alium
interioris hominis sensum isto longe praestantiorem quo iusta et iniusta sentimus, iusta per intelligibilem speciem, iniusta per eius pri-
vationem. Ad huius sensus officium non acies pupillae, non foramen auriculae, non spiramenta narium, non gustus faucium, non ullus
corporeus tactus accedit. Ibi me et esse et hoc nosse certus sum, et hoc amo atque amare me similiter certus sum. [...]
xi libro de trinitate c. vi et xv libro iii v c. iii et iiii li. c. vi. Consulendo autem legem aeternam quae [...] est vero neque fallitur neque
fallit. patet per Augustinum in libro de vera religione. Ille mentitur qui vult videri quod non est. Qui autem non volens aliud putatur quam est
non mentitur sed fallit tamen. Nam ita distinguitur mentiens a fallente quod inest omni mentienti voluntas fallendi
etiam si non ei credatur. fallens autem esse non potest si non fallat. Haec Augustinus. Cum ergo veritas aeterna immutabilis de qua ratio
humana non iudicat sed per quam iudicat, quodammodo in ea figitur oculus rationis si bene purgatus fuerit, neque fallitur neque
fallit. Una est qua illustrantur animae sanctae rationales et intellectuales. ut sicut ab una facie multae in diversis spe-
culis apparent imagines ita sicut super psalmos dicitur: diminutae sunt veritates a filiis hominum. multae enim in hominibus veritates.
Idem sicut in xii libro de trinitate dicit: non illa parte animae quae nobis est pecoribusque communis sed sublimioris rationis est iudi-
care sub istis corporalibus secundum rationes incorporales et sempiternas quae nisi supra mentem humanam essent incommutabiles
non essent, et nisi his subiungeretur aliquid nostrum non possemus secundum eas de corporalibus iudicare. Iubens ergo legibus
aeternis ratio tunc perfecte sapit cum per ea quae cognoscuntur et aspicit sciat operandi quantitatem. Intellectus enim bonus omnibus facientibus
eum. Et ratio [...] nusquam se melius deprehendit modum humanae imperfectionis quam in speculo divinae visionis. Sapiens ergo et per
illuminantem et adiuvantem gratiam in contemplatione summi boni speculatur regulas incommutabilis veritatis. inspiciens ad eas
pertingens movetur intellectum amoris et quomodo format sibi modos conversationis caelestis et formam sanctitatis et construit
Moyses tabernaculum sicut est ei in monte monstratum. Et sic ratio recta secundum philosophum principium est virtutum quae consuetudinales
aut morales dicuntur. quod ratio sic vero adiuta per gratiam sive intellectus practicus in variis virtutum operibus operatur. Intellectus
enim circumque applicatus fuerit sive in bonum sive in malum valet viget. sed relictis sibi rebus stabilibus et mutationis se
non negat et infectus vitio tam rationis quam voluntatis perversas recipit cogitationes et noxias actiones prosequitur quibus
a deo se separat. Illuminatus vero per gratiam nihil apud se indignum recipit et voluntatis affectum continens in virtutis effectum
semper deo coniungit. Secundum rationis vitium. Infecta est enim vero humana ministro ymaginationis, deo cogitationis, iudicio discretionis, consilio delec-
tationis. vitium attendentes eam quadruplici morbo videmus infectam. scilicet ministro ymaginationis, deo cogitationis,
iudicio discretionis et consilio deliberationis. Ministerium ymaginationis inficit rationem cum eidem rerum visibilium
reputat speciem. Distinguit autem ymaginatio sicut ancilla inter dominam et servum, rationem scilicet et sensum. et quicquid continetur
haurit et per sensum carnis intellectus reputat ancilla rationis. Nam ratio foras exire non potest, sensus autem carnis ad ea
intrare non potest, et ideo ymaginatio rationi assistit et sensu deficiente eidem ministrare non desinit, et sicut sensualitas
obsequitur affectioni sic ymaginatio rationi. Sed ymaginatio quaedam est bestialis quaedam vero rationalis. Bestialis
quando per ea quae videmus aut sentimus vagabunda mente discurrimus sine gravitate sine utilitate sicut et bestiae. Rationalis
vero quando ex his quae per sensum corporeum novimus aliud ymaginaliter fingimus. aurum enim et domum vidimus et tamen
auream domum quam numquam vidimus ymaginari possumus. Sed rationalis ymaginatio duplex est, quaedam per rationem disposita quaedam
intelligentiae proxima. Prima utimur quando secundum visibilium rerum speciem cogitamus visibile aliquid ad mentem disponimus
quod tamen non attingit sensus corporalis, licet tamen illud corporeum esse cogitemus. Sic enim ignem infernalem et poenas corpora-
les etiam quas videre non possumus rationis ymaginatione et veritate tenemus. Secunda utimur quando per visibilium rerum speciem
ad invisibilium cognitionem ascendere nitimur ut cum terram lacte et melle manantem et muros caelestis Ierusalem ex la-
pidibus pretiosis et huiusmodi legimus et secundum litteram non accipimus sed ex proprietate rerum visibilium ad spiritualium intelligentiam
assurgimus. Prima ergo pertinet ad considerationem futurorum malorum, secunda ad considerationem futurorum bonorum. Prima ymaginatio
obstrepit et rationem impedit. Secunda rationem quoque impedit quoque expedit. Impedit per falsam fictionem, expedit per
meditationem. quia quando sancti viri se sentiunt turpibus cogitationibus pulsari et ad delectationem illicitam incitari, in ipso
temptationis aditu futura tormenta ante mentis oculos ponunt et per ymaginationem rationi dispositam meditando
quicquid illicitum suggerit compungunt. Secunda ymaginatio rationem erigit et in desiderium caelorum ascendit sive translatione
sive comparatione sicut docet Richardus de sancto victore in libro de xii patriarchis. Tertium est vitium cogitationis. Cum enim
ymaginatio bestialis sit garrula, cum tanta importunitate perstrepit in auribus rationis ut frequenter ratio [...]
eidem assensum cogatur quoque ad lubrica quoque ad reatum illicitae cogitationis. Hinc est quod aliud deo psallimus vel oramus
dicimus vel recte iudicando nos disponimus, tantas patimur cogitationum phantasias ut a cordis oculis nequeamus
repellere ipsas. Et per susceptas ymaginationes [illegible] rationis et vitio corruptae voluntatis recipiunt perversas cogitationes

a veritate prima et devocionibus eciam devocionem ardentes. Licet enim cogitaciones sint in intellectu, quedam tamen inveniuntur vane et ociose que non repente perimunt sed paulatim corrumpunt devocionem, tamen non occupant circa precipua et devocionem inficiunt in sua porcione distincta, sive sint cogitaciones de veris sive imaginariis fabulis procedentes, sive quedam placita cogitacionum vel recordaciones ultro et multitudine scaturientes de memoria. Et tales cogitaciones magis videntur esse passiones voluntatis quam acciones, quia nulla est ibi intencio cogitantis, sed quod abulit sponte de memoria formandis se offert intellectui non curanti, et quasi agitur videre porro agi in sompno dormientis quam in acie cogitantis. Et huiusmodi cogitaciones qui non vult a se repellere spiritum statim tunc, quia scriptum est quod Spiritus sanctus se aufert a cogitacionibus que sunt sine intellectu, fit ex culpa negligentis ut spiritus discipline se auferat a cogitacionibus indisciplinatis, que communiter per vim quandam occultam devocionis non tamen fiunt ex toto, dum trahitur in eas intellectus et racio cum nullus sit in eis intelligentis assensus. Cum vero de rebus seriis cogitatur, ut dicit Bernardus in epistola ad fratres de Monte Dei, voluntas libero arbitrio evocat de memoria quodcumque opus habet et intellectum formande memorie adhibet, formatumque illud est intellectus adhibet aciei cogitantis, et peragitur negocium cogitacionis. Cum vero de hiis que de Deo vel ad Deum sunt cogitatur et voluntas eo proficit ut amor fiat, continue per viam amoris infundit se Spiritus sanctus spiritus vite et omnia vivificat adiuvans seu in oracione seu in meditacione seu in tractatu infirmitatem cogitantis, et continue memoria efficitur sapiencia, cui suaviter sapiunt ei bona Domini, et quod ex eis cogitandum est formandum in affectu adhibet intellectui. Intellectus vero cogitantis efficitur contemplacio amantis, et formans illud in quasdam spirituales vel divine suavitatis experiencias afferat ex eis aciem cogitantis, illo verbo efficitur gaudium fruentis, et tunc de Deo bene cogitatur secundum quantum modum. Quia modus hic cogitandi de Deo non est in arbitrio cogitantis sed in gracia donantis, ideo preparandum est cor ut voluntas expediatur ab alienis affectionibus, racio vel intellectus a sollicitudinibus, memoria ab ociosis vel negociosis et quasi a-nitis occupacionibus, ut voluntas cohibeat puram affectionem, memoria magis fidelem, intellectus experiencie suavitatem, sic omnia cooperantur in bonum et convertunt in gaudium cogitantis. Tercium est complementum discrecionis. Duobus enim modis in iudicii discrecione peccamus, quod maxime patet in moralibus. Erramus enim non in discernenda qualitate, non in comparanda quantitate. Cum dicimus bonum malum vel malum bonum, in rerum qualitate erratur. Et cum dicitur quod maius est esse minus et quod minus est esse maius, in quantitate peccatur. Qualitatis opus profecto eos fefellerat quos propheta arguebat cum diceret: Ve qui dicitis bonum malum et malum bonum, ponentes tenebras lucem et lucem tenebras, ponentes amarum dulce et dulce amarum. Secundum quantitatis comparacionem error ille reprehenditur quem per prophetam redarguitur, ad dicitur: Mendaces filii hominum in stateris ut decipiant ipsi de vanitate in idipsum. Ad hoc enim aliquid in stateram appenditur ut eius quantitas non ignoretur. Quamdiu ergo sunt tenebre super faciem abyssi, erratur in discrecione iudicii. Deus ille qui dixit lucem de tenebris splendescere emittat lucem suam et veritatem suam, devocionem irradiet lumine veritatis. Hec devocionis infirmitas discrecionis obscuritas. Sed cum lumen veritatis in mentem desuper venit, sicut luna illuminata a sole obscuritatem amittit, adest discrecio devocionis tollens caliginem et affectus moderans in virtute. Nam virtutes in vicia vertuntur nisi per discrecionem moderentur. Alioquin timor cadit in desperacionem, dolor in amaritudinem, spes in presumpcionem, amor in adulacionem, leticia in dissolucionem, ira in furorem. Quartum est complementum deliberacionis. Sicut iudicii devocionis est discutere quid verum quid falsum, quid bonum quid malum, ita complementum deliberacionis est deliberare quid expediat utrumque. In hoc erratur frequentissime, quia quod quibusdam est augmentum devocionis fit aliis causa precipicii et ruine. Sic multos videmus cadere de gradu sublimiori qui stetissent forsitan in inferiori, et multos eciam in religione salvari quibus non expediret remansisse in conversacione seculari. Facilius enim est iudicare quid liceat et quid non liceat quam eligere quid expediat vel non expediat. Illud est discrecionis, istud deliberacionis; illud iudicii, istud consilii. Sic iudicantur tenebris racio que in tenebris sedet et lumen celi non videt, quia lumine celi sine presencia veritatis non valet. Oritur enim sol et occidit et ad locum suum revertitur, quia intelligencia veritatis modo datur, modo subtrahitur, et post subtraccionem iterum reparatur. Quamdiu enim in terra vivimus, diei et noctis vicissitudines sustinemus; in celo dies sine nocte, in inferno nox sine die, in terra nec nox sine die nec dies sine nocte. Et hec sufficiant de concomitantibus disciplinam. Hic agitur de antecedentibus et consequentibus ad disciplinam, quorum primum est humilitas.

n Nunc ad consequencia disciplinam que perficiunt disciplinam, in intellectu que in ordine requiruntur, de quibus hic agitur, accedamus. Hec autem faciunt in ordine: humilitas in intellectu, studiositas in affectu, tranquillitas in affectu, paupertas in censu. Humilitas in intellectu requiritur primo ut nullam scripturam vilem teneas, quia de genere bonorum est omnis sciencia et Deus scienciarum Dominus est, nec aliqua scriptura forte invenitur que non aliquid contineat speciale quod utile est. Si multa legeris nichil perdis, aliquid forte lucraris. Si non potes omnia legere, sicut dictum est supra, que sunt utiliora lege, ut eciam laborem in vanis et superfluis des impendere. Secundo ad hanc humilitatem pertinet ut a nemine discere erubescas. Nam in proverbio dicitur: Quod tu non nosti fortasse novit asellus. Sicut enim nullus est in via qui noverit omnia, ita nullus est qui non aliquid speciale acceperit a natura. Hic illud plerumque magnis affertur laudibus: Malo aliena verecunde discere quam mea impudenter ingerere. Maior est enim verecundia ignorancie quam honorem causa doctrine adire. Sapiencior omnibus eris si ab omnibus discere volueris. Diciores enim sunt qui ab omnibus accipiunt. Tercio ad hanc humilitatem pertinet ut cum scienciam adeptus fueris ceteros non contempnas. Nam ut dicit magister Hugo, hic tumoris vicium inde quibusdam accidit quod suam scienciam nimis diligenter inspiciunt et inde intumescentes putant alios scire non

posse quod ipsi noverunt. Bonus enim lector humilis debet esse et mansuetus a curis inanibus et voluptatum illecebris prorsus alienus diligens
et sedulus ut ab omnibus libenter discat nunquam de scientia sua presumat pravi dogmatis auctores quasi venena fugiat diu rem per
tractare antequam iudicet discat non videri doctus sed esse querat dicta sapientum intellecta diligat et ea semper coram oculis quasi speculum
vultus sui tenere studeat Et si qua forte obscuriora intellectum eius non admiserint non statim in vituperium prorumpat aut bonum
nil esse credat nisi quod ipse intelligere potuit. Hec est humilitas discipline legentis Hugo in Didascalicon. Augustinus in libro Confessionum quod qui libet
enim est prima clavis sapientie. Modo ad hanc humilitatem pertinet ut non nimis cito ad maiora conscendas. Qui enim iacens in ymo
cur vis videri in summo aptissime incedit qui ordinatissime incedit Si facis saltum tunc precipitium Noli nimis festinare quod
valeas apprehendere et quod habeas in ipse etiam facultate. Plus sunt onera manibus sublevanda quam humeris imponenda. De hiis satis
debiat beatus Bernardus in libro de humilitate gradibus. Secundo studiositas in affectu que consistit in quatuor. In labore in amore in cura in vigilia
equitur etiam studiositas in affectu Sit igitur studium in opere et non sentiatur tractatum meditando in mente studium querendi
pertinet ad industriam operis obediens vero ad diligentiam meditationis Opus peragunt labor et amor diligentiam vero cura et vigilantia
In hiis ergo quatuor consistit studiositas In labore est ut agas In amore ut perficias In cura ut provideas In vigilantia ut attendas
Iste sunt quatuor qui portant lecticam philologie quasi mente cum sapientia providet voluit coniuncte. Iuvenes a fronte philos sive et zophos
id est amor et labor lecticam ferunt quasi foris opus peragunt puelle vero sive puericia agrimia quod interpretatur cura et vigilantia ferunt
a posteriori quasi intus parant consilium sicut in Stacion de hiis quatuor requiritur in Marciano de nuptiis Mercurii et Philologie de coniunctione
sive sapientie et eloquentie. Unde ibidem dicitur quod alumne sunt dilectissime per cetus quorum alterum laborem quo impavida omnes difficultates contemptor
emicat unde idem qui laborabat eadem vocabatur non solum in lectice oneribus verum etiam pertulit unde celum cum duabus impiger pervenerit
Quippe conspicatur sibi quodam pueri renidenti qui videbatur voluptatis veneris filius erat et tamen amor a sapientibus ferebatur a fronte
lecticam subtrahere morabatur. Nam posterius puericia et agrimia dilectam virginum subtrahere mancipia. Sic enim athanasia precipe
perat ut utrique sponsus cum philologia celum possit ascendere. Tertio tranquillitas in affectu ad quam quatuor requiruntur custodia scilicet
equitur tranquillitas in affectu pace enim videre notitia veritatis hominum dignitas caritatis et experientia suavitatis
possis in aere turbido sed longe melius in sereno etherem et tranquillo Ad hanc autem tranquillitatem quatuor coniunguntur
In carne ut sit custodia scilicet In ratione notitia veritatis In voluntate dignitas caritatis In memoria vel mente experientia suavitatis
Cum sic carnem non inquinat fetor rationem non obnubilat error voluntatem non oblectat vanus amor memoriam
seu mentem non amoveat aut conturbat rancor. Tunc enim est in anima tranquillitas. Nam caro affligitur intellectus illuminatur
fratres subiciuntur deus diligitur et tota hora mitior et ceterior dulcis sopor. Non enim habet anima quo declinet vel ad spurcitias
carnis vel ad fallacias demonis vel ad contemptum dei vel ad odium proximi. Et forte secundum hoc quatuor que sopor aufert dormientis
hostis hominis uxor vicinus. Est ergo notitia custodia scilicet in carne Debemus enim sententia spiritualiter a parte inferiori fetorem
libidinis evaporat que mentem impugnat et impugnatam inspurcitat nisi quibus corpori sensibus et aditum cordis diligenter custodiat
Cum enim concupiscentia non vincitur de ipsa concupiscentia suaves delectationes lubrice cogitationes pariuntur et generes corruptos consentire post
modum sentiunt. Et quando imaginationibus huiusmodi illusionibus repletur efficitur lumen oculorum inabile et inefficax ad spiritualem
cogitationem. Lumen meum ipsum oculorum non est mecum et lumbi mei impleti illusionibus et non est sanitas in carne mea
Affligatur igitur corpus non conteratur castigetur cura carnis non in concupiscentiis sed quadam disciplina spirituali ut neque in motu neque
in cogitatu neque in quocumque appareat aliquid quod deberet fieri dei. Habeat ergo sensus custodes non duces sed serventes
custodes ac sobrios et efficaces mulieres in domo sua sive carnem non litigiosas sed in omnibus institutam et cogitationum
familiam ordinatam. Habeatur caro inter sic in suis in inter commendatam diligentiam cum multum volens sit inutilia negaturus
volenti vero utilia ingerenda. Donec enim aque inferiores in mare influentes in mari deficiat que influunt ex Iordane
in mare mortuum carnis sic in mentem influunt turbulentia et generant sternum. Est etiam notitia notitia veritatis in ratione
Cum enim ab inferioribus non inquietatur aliqua serenitate recepta sursum tollitur intellectus et velut in loco manenti sereno collu
stratur cordis oculus quodam intermicante fulgoris intuitu radio cuius ductum sequitur et regionem lucidam et novam ingre
ditur et discussis tenebris miratur quod prospiciat et mirando amplius incandescit. Et sicut virgula fumi vaporat ignis
incendio et sursum tollitur et amplius dilatatur ita veritatis notitia aliquando appropinquans et omnes tenue concupiscentie nebula
exhalans spiritualiter intelligit et veritatem rerum plurium in illa tranquillitate cognoscit. Unde et philosophi montes excelsos
leguntur plures ascendisse ut illustrari possent limpidius veritate. Est etiam notitia dignitas caritatis in voluntate. Cum
mens in proximum dilectione vegetata ad ipsius divinitatis felices gestit amplexus et nimio succensa desiderio carnis
velamen excedit et intrans in illud sanctuarium ubi spiritus ante faciem suam Christus Ihesus ab illo ineffabili lumine ab illa
inusitata dulcedine penitus absorbetur facto quasi silentio ab omnibus corporalibus ab omnibus sensibilibus ab omnibus mutabilibus
in id quod est et sic semper est et incorporeum est in illud verum prospicacem figat intuitum vacans et videns quoniam deus ipse est deus
et inter caritatis ipsius suaves amplexus sabbatizans sine dubio sabbatum sabbatorum. Quarto est notitia experientia suavitatis
in memoria et mente Cum enim mens ab inferioribus promota a superioribus adiuta pergit in id quod rectum est in iudicio
rationis et assensu voluntatis et mentis affectu et operis effectu tempore festinat in libertate spiritus et veritate

cum deo ut efficiatur unus spiritus cum eo. Iam perfectus in caritate incipit sentire de dei dulcedine collectus ad se contemptus quod se rapit-
super se desiit in silencio congaudet cum gaudio et sic in memoria habundancie suavitatis dei exultat et iubilat et per modo vite eo
pulsatur vincitur et finitur. Et adiute modo tranquillitatis egreditur ideo ab exteriori tumultu et sese recolligit in secretarium sue
mentis et cum strepitu vanitatis et fantasmatum clauso ostio gazas suas interiores conspicit nichil quod remordeat vel ob-
latret vel inordinatum inquietum reperit inquietum sed omnia iocunda pacifica et tranquilla cogitacionum sermonum et operum verba adeo
quod quedam familia pacatissima presimulias domus ambit. Hic oritur subito mira securitas ex securitate iocunditas ex
iocunditate caritas exardescit et in dei laudibus erumpit cuius id esse muneris recognoscit. Secundo ab hoc sermonis cubiculo
in quo celebratur sabbatum ad aliud se confert dormitorium videt enim pia cum arabia omnium fratrum suorum glutino caritatis
uniri, nullius invidie stimulis agitari, nullius indignacionum estibus inflammari, non iaculis suspicionum atteri, non edaci
tristicie morsibus consumi, sic ut ad quoddam tranquillissimum mentis sue sinum omnes rapiat, ubi dulci quodam affectu omnes
amplectatur et foveat ac sic unum cor et unam animam faciat. Ad huius modi dulcedinis suavissimum gustum omnes cupiditatum
silent tumultus et strepitus viciorum conquiescit et fit ibi intus ab omnibus noxiis absoluta vacacio et in superne dilectoris
dulcedine grata et iocunda pausacio. Ex hac ergo duplici dulcedine tam pure consciencie quam fraterne concordie gustu trino
progrediens ultra etiam mens facta mobilis ut dictum est gestiens in duos amplexus per quosdam theoricos ex-
cessus et contactus desursum gustat et meminit quam dulcis est ihesus in ipsum per excessum resolutus et prout possibile conformatus
Sed de paupertate in censu et ostenditur quo paupertas est grossa, huius ex institucione auctorem, ex auctore servitutem etc.
Sequitur paupertas in censu prout sapiens quidam bernardus Carnotensis ut dicitur in policratico Iohannis salesbergensis
cum interrogaretur de forma et modo addiscendi: Mens humilis, studium querendi, vita quieta, scrutinium
tacitum, paupertas, terra aliena: hec reserare solent multis obscura legendi. Paupertatem appello ad propositum detestacionem
superfluum et maiorem circa cibum et potum. Pinguis enim venter tenuem sensum gignit. Est autem paupertas grossa qualitas
huius ex institucione auctorem ex auctore servitutem ex servitute libertatem ex libertate iocunditatem. Auctorem dico quia ista
est a christo observata a cetu apostolico. pauper enim christus pauperes discipulos elegit quos in paupertate viam vitae docuit.
Servitutem appello prout dicit Seneca epistola ad Lucilium: obstitit divitie, paupertas expedita est, secura est. Cum classicum
cecinit, scit non peti; non circumstat illa turba servorum; contenta est desideriis instantibus satisfacere. Si vis vacare animo
aut pauper sis aut pauperi similis. Non potest studium salutare fieri sine frugalitatis cura; frugalitas autem paupertas voluntaria est.
Libertatem voco non alligari divitiis tamquam vinculis. Unde Seneca: Cum me expedita effugere non potes, vincere potes vi-
te. Ad hanc confer si vis esse salvus, si securus, si beatus, si liber. Et alibi: philosophiam adiuvare in consilium suadebit tibi
ne ad calculos sedeas. Iocunditatem dico quia paupertas si leta venit ditissima res est. Et quia satis tractatum est
de ista materia ideo de consequentibus ad contemplacionem transeamus. Sed de impedimentis distinctionem que sunt iiii^or: iactancia puerilis, inconstancia etc.
Iste de antecedentibus consequentibus et concomitantibus disciplina. Nunc ad contemplacionem et eius impedimenta breviter procedimus.
Que autem sunt iiii^or: iactancia puerilis, inconstancia iuvenilis, diffidencia muliebris et pertinacia senilis.
Iactancia puerilis est in eis qui ante tempus sapientes videri volunt et ideo in quodam elacionis tumore prorumpunt,
eructantes quod sciunt, sufflantes quod non sunt, eo longius a sapiencia recedunt quo non esse sapientes sed putari volunt.
Et de hac iactancia in libro de scala sapiencie videlicet alios tante levitatis et iactacionis ut hiis sunt non di-
xisse melius. Et ex hac iactancia si locuntur modo quodam spreto verba inusitata et ardua quedam assumunt, si
scribunt nec ab aliis intelliguntur nec ipsi se intelligunt, qualis erat Iovinianus contra quem beatus Ieronimus scribit sic:
Scriptorum tanta est barbaries et tantis viciis spurcissimus sermo confusus ut nec quid loquatur nec quibus
argumentis velit probare quod loquitur potuerim intelligere. Totus tumet totus iacet, attollit se per singula et quasi
